

TRACTATUS TERTIUS

DE TERTIO ET QUARTO PRAECEPTO

CAPUT I.

Quid Tertium Praeceptum: *Memento*, etc.

263. *An hoc praeceptum sit naturale, vel caeremoniale.* — 264. *An per hoc praeceptum praecipiatur cultus interior.* Et *an hoc praeceptum sit affirmativum.* — 265. *An observantia dominicae sit de jure divino.* — 266. *An episcopi possint festa indicere.* — 267. *A quo tempore incipiat obligatio festi.* — 268. *Ad quid obliget hoc praeceptum.* — *Quibus festis permittantur opera servilia in regnis Siciliae.* — 269. *An sit obligatio audiendi concionem.* Et *qualis sit obligatio episcorum et parochorum concionandi.* — 270. *Qui teneantur observare festa.* — 271. *An in festis liceat injungere servilia infidelibus.*

Praece-
ptum par-
tim natu-
rale, par-
tim caere-
moniale.

263. — «Praeceptum hoc, quatenus vult tempus aliquod sanctificari, sive impendi cultui divino, est naturale; et adhuc obligat. — Quatenus vero tempus id designatur dies sabbatinus, est caeremoniale; et in Novo Testamento abrogatum, ac pro eo ab Ecclesia designatus dies dominicus, et festi, praescriptusque modus colendi, ut quaedam opera illis diebus fiant, quaedam non: haec prohibentur, illa praecipiuntur. — Bonacina, Laymann, ex D. Thoma¹.

Quaeritur 1^o. *An praeceptum de sabbato sanctificando fuerit naturale, aut caeremoniale?*

Respondetur una cum Busenbaum quod praeceptum, prout determinavit in aliquo anni tempore esse Deo vacandum, fuit *naturale*, et obligavit omnes; et ideo inter decalogi praecepta computatur. Prout autem determinavit diem sabbati a vespera usque ad vesperram (ut in Lev. xxiii, 32), fuit *caeremoniale*; et obligabat tantum

Bonac., disp. 5, de 3^o Praec., qu. unic., prooem., n. 1; et punct. 2, n. 1. — Laym., lib. 4, tr. 7, cap. 1. — 1^o 2^o 2^o, qu. 122, art. 4. — ³ Part. 3, cap. 4, de 3^o Praec., post init. — ⁴ Loc. cit., ad 1. — ⁴ Tr. 28, de 3^o Praec. decal. — ⁵ Loc. cit., cap. 1, a n. 1 ad n. 7. — Scotus, in 3, dist. 27, n. 18, § *Quantum ad secundum*. — Angel., v. *Feriae*, n. 41. — ⁶ Loc. cit., n. 8.

Hebreos. — Est commune cum Catechismo Romano², et S. Thoma³, qui sic docet: *Praeceptum de sanctificatione sabbati... est partim morale, partim autem caeremoniale. Morale quidem, quantum ad hoc quod homo depuet aliquod tempus vitae sua ad vacandum divinis... Sed in quantum in hoc praecepto determinatur speciale tempus, in signum creationis mundi, sic est praeceptum caeremoniale... Unde... ponitur inter praecepta decalogi, in quantum est praeceptum morale; non in quantum est caeremoniale.*

Vide Salmant.⁴, hoc punctum fuse disserentes⁵.

264. — Quaeritur 2^o. *An in hoc praecepto praecipiatur cultus Dei etiam interior?*

Affirmant Scotus, Angelus et Tabiena^a, apud Salmant.^b. Unde dicunt teneri fideliess ex hoc praecepto, ad eliciendos actus caritatis et contritionis; sic enim obtinetur animae sanctificatio, quae hoc praecepto jubetur. — Sed communissime ne-

Juxta ali-
quos praecipi-
tus cul-
tus inte-
rior.

264. — ^{a)} Tabiena, v. *Charitas*, n. 20, dicit quidem hominem teneri his diebus actum caritatis elicere, seque ad Deum referre; quod iterum dicit, v. *Feriae*, n. 48. Attamen hoc

ultimo loco, quem Salmantenses non citaverunt, negat eam obligationem procedere ex praecepto sanctificationis sabbati, et ait procedere dumtaxat ex praecepto caritatis.

Communis-
sime nega-
tur.

gant S. Antoninus¹, Sanchez²; et Salmant.³ cum Covarruvias, Filiuccio, Bonacina, Sayro, ex D. Thoma⁴, ubi docet, quod ad interiore cultum non cogimur, sed movemur a Spiritu Sancto: *Et... ideo (ait) in tertio paecepto decalogi paecepitur exterior Dei cultus.* Idemque docet Catechismus Romanus⁵, ubi: *Hoc legis paecepto externus ille cultus, qui Deo a nobis debetur..., paescribitur.* Sanctificatio autem animae est quidem finis paecepti; sed finis paecepti non cadit sub paecepto: *juxta commune axioma theologorum, utque docet idem D. Thomas, et expressius⁶, ubi: Non enim idem est finis paecepti, et id de quo paeceptum datur.*

Quaeritur 3^o. *An hoc paeceptum sit affirmativum aut negativum?*

Et respondeatur esse affirmativum; dum non obligat semper et ad semper. Suarez⁷, Sanchez, Palau⁸, Leander⁹, Fagundez¹⁰ cum Salmant.¹¹; — contra Cajetanum¹² et Filiuccium, etc., qui tuerunt esse negativum; cum in eo nihil positivum Iudaeis paecipiebatur. Sed hoc negatur. — Vide Catechismus Romanum¹³.

265. — Quaeritur 4^o. *An observantia diei dominici sit de jure naturali sive divino, vel tantum ecclesiastico?*

Prima sententia asserit de divino; quia dominicus dies successit loco sabbati, quod jure divino erat institutum ad Deum colendum. — Ita Abbas Panormitanus, Angelus, apud Salmant.¹⁴; et his adhaeret

¹ Part. 2, tit. 9, cap. 7, § 4, vers. *Sed quaeri.* — ² Decal., lib. 2, cap. 35, n. 8. — ³ Tr. 23, cap. 1, a n. 9. — ⁴ Covar., Variar., lib. 4, cap. 19, n. 11, concl. 6. — ⁵ Fill., tr. 27, n. 137 et 188. — ⁶ Bonac., disp. 5, punct. 2, n. 2. — ⁷ Sayr., Clav., lib. 7, cap. 3, num. 5. — ⁸ 2^a 2^a, qu. 122, art. 4. — ⁹ Part. 3, cap. 4, de 3^o Praec., n. 1. — ¹⁰ 1^a 2^a, qu. 100, art. 9, ad 2. — ¹¹ Sanch., Consil., lib. 5, cap. 2, dub. 1. — ¹² Loc. cit., n. 15. — ¹³ Fill., tr. 27, n. 8. — ¹⁴ Loc. cit., ante med. — ¹⁵ Abb. Panorm., in cap. *Licet* 3, de feriis, n. 1 et 4. — ¹⁶ Angel., v. *Feriae*, n. 3, v. f. — ¹⁷ Loc. cit., n. 37. — ¹⁸ Lib. 3, part. 1, num. 691. — ¹⁹ 2^a 2^a, qu. 122, art. 4.

¹² Suarez, *de Relig.*, tr. 2, lib. 2, cap. 1, n. 7, dicit materialiter esse paeceptum negativum, formaliter vero affirmativum. «Formaliter ergo, inquit, nihil ibi paecipiebatur, nisi dedicatio quaedam illius temporis ad cultum Dei, quae vocatur sanctificatio illius... Haec autem dedicatio formaliter fit per cessationem ab opere, quae pertinet ad externum cultum per signum negativum declaratum. Unde materialiter videtur esse illud paeceptum nega-

Croix¹⁰ cum Marchant et Sporer, qui dicit, excusat in festo a Missa, teneri in dominica colere Deum, saltem aliquo actu interno.

Sed longe probabilius et communis est secunda sententia, quod sit de jure ecclesiastico: ex Catechismo Romano¹¹, ubi: *Placuit autem Ecclesiae Dei, ut diei sabbaticultus et celebritas in dominicum transferretur diem.* Idem docet S. Thomas¹²: *Observantia diei dominicae... succedit observantiae sabbati, non ex vi paecepti legis, sed ex constitutione Ecclesiae.* — Et ideo observantia dominicae ab Ecclesia mutari et dispensari potest (quamvis dispensari non posset, quod nullus sit dies festivus cultui divino specialiter deputatus). Prout de facto Alexander III dispensavit, ut in dominicis fiat piscatio alecum; uti habetur in cap. *Licet, de feriis*, ubi sic dicit: *Licet tam veteris, quam novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputaverit, et tam eum, quam alios dies Majestati altissimae deputatos, necnon natalitia sanctorum martyrum Ecclesia decreverit observanda...; indulgemus, ut liceat... diebus dominicis, et aliis festis (praeterquam in majoribus anni solemnitatibus), si alecia terrae se inclinaverint, eorum captioni ingruente necessitate intendere.* — Hanc sententiam tenet Sotus¹³, D. Antoninus¹⁴, Navarrus¹⁵, Azor¹⁶, Suarez¹⁷, Sanchez¹⁸, Elbel¹⁹; et Salmant.²⁰ communiter cum S. Thoma²¹, Filiuccio, Cajetano, Bona-

Longe pro-
babilius, de
jure ecclae-
siastico,

Responde-
tur obiecto-
ni.

¹⁰ Petr. Marchant, Tribun., tom. 2, tr. 4, tit. 2, qu. 3. — Sporer, tr. 3, cap. 4, n. 36. — ¹¹ Part. 3, cap. 4, de 3^o Praec., post med. — ¹² 2^a 2^a, qu. 122, art. 4, ad 4. — ¹³ De Just. et Jure, lib. 2, qu. 4, art. 4, vers. *Ad secundum.* — ¹⁴ Part. 2, tit. 9, cap. 7, vers. *Succedit.* — ¹⁵ Man., cap. 18, n. 1. — ¹⁶ Part. 2, lib. 1, cap. 2, qu. 2. — ¹⁷ De Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 4, n. 8. — ¹⁸ Consil. mor., lib. 5, cap. 2, dub. 1, n. 2 et 3. — ¹⁹ In 3^o Praec., n. 340. — ²⁰ Tr. 23, cap. 1, n. 38. — ²¹ Loc. cit., qu. 122, art. 4, ad 4. — ²² Fill., tr. 27, n. 16. — ²³ Cajetan., in cap. *Licet* 3, de feriis, n. 1 et 4. — ²⁴ Angel., v. *Feriae*, n. 3, v. f. — ²⁵ Loc. cit., n. 37. — ²⁶ Lib. 3, part. 1, num. 691. — ²⁷ 2^a 2^a, qu. 122, art. 4.

tivum; formaliter vero, et in genere signi ac cultus, esse affirmativum». — Eamdemque sententiam tenet Palau²⁷, tract. 9, disp. un., punct. 3, n. 2; Leander, part. 3, tr. 1, disp. 1, qu. 12; Fagundez, de 1^o Praec. Eccl., lib. 1, cap. 3, n. 1.

²⁸ Cajetanus, in 2^{am} 2^a, qu. 122, art. 4, haec scribit: «Paeceptum de sanctificatione sabbati ad litteram non est de interiori, sed de exteriori Dei cultu datum. Colebatur siqui-

cina; et cum aliis Cardenas¹ ac Bellarminus.

Sed urget magna oppositio, videlicet: Praeceptum sabbati erat certe naturale et morale; nam ideo inter decalogi paecepta numeratum fuit: ergo dominica, quae sabbato substituta fuit, etiam de jure naturali sive divino est. — Respondeatur, quod, licet sit de jure divino et naturali, ut designetur aliquod tempus determinatum ad Deum colendum; determinatio tamen hujus cultus, et dierum quibus conferendus erat, fuit a Christo dispositioni Ecclesiae reicta: ita ut posset nunc Papa decernere, ut observantia dominicae duraret tantum per alias horas, et quod licerent aliqua opera servilia; ut dicunt Salmant.² — Et ideo paeceptum hoc, quoad exhibitionem cultus, est quidem divinum; sed quoad determinationem cultus et temporis, est ecclesiasticum. Vide Salmant.³

266. — Quaeritur 5^o. *An episcopi possint, pro suis dioecesibus, festa indicere?*

Constat posse, ex cap. *Conquestus*, fin. de feriis. — Sed dubium est, ex bulla Urbani VIII, ubi in Domino monentur episcopi, ut abstineant a festis instituendis. — Verum probabilius illa verba sunt potius monitiva, quam paeceptiva. Vide Salmant.⁴

Dubium majus vertitur: *an requiratur consensus cleri et populi?* — Affirmandum est cum Azor⁵, Covarruvias⁶, Bo-

¹ Bonac., disp. 5, prooem., n. 4. — ² Diss. 32, n. 15. — ³ Bellarm., de Cultu Sanctor., lib. 3, cap. 11. — ⁴ Tr. 23, cap. 1, n. 38. — ⁵ Loc. cit., n. 39, et in fin. prooem. — ⁶ Loc. cit., n. 105 et seqq. — ⁷ Bonac., disp. 5, punct. 1, n. 3. — ⁸ Trull., lib. 8, cap. 1, dub. 2, n. 2. — ⁹ Loc. cit., n. 108 et 109. — ¹⁰ Suar., de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 11, n. 9. — ¹¹ Bonac., loc. cit., n. 3. — ¹² Trull., loc. cit., n. 2. — ¹³ Pal., tr. 9, punct. 2, n. 6. — ¹⁴ Loc. cit., n. 110. — ¹⁵ Loc. cit., n. 111. — ¹⁶ Urban., bulla Universa, die 13 Sept. 1642, § 8, in Bullar. Rom. Mainardi. — ¹⁷ Loc. cit., n. 112. — ¹⁸ Bordón., Variar. resolut. 124, qu. 7, n. 20. — ¹⁹ Lib. 3, part. 1, n. 619. — ²⁰ Gobat, tr. 5, n. 72. — ²¹ Salmant., loc. cit., n. 112. — ²² Suar., loc. cit., n. 5.

dern Deus sabbato in ipsa exteriori quiete ab operibus servilibus, quia quiescebant ad repreäsentandam divinam quietem a creatione mundi».

266. — ^a Azor, part. 2, lib. 1, cap. 26, qu. 2, ita quidem tenet de jure communi; notat tamen (et id ipsum animadvertisit Salmant. n. 110) consuetudine receptum esse, ut nunc dies festi, populo minime vocato, sola episcopi auctoritate, adhibito clericorum consilio, constituti indicantur.

^b Covarruvias, Variar. lib. 4, cap. 19, n. 8, id non habet, quidquid falso asserant Salmantenses.

^c Barbosa revera de consuetudine intel-

nacina, Trullenç, etc., et Salmant.⁵: ex dicto cap. *Conquestus*.

Notandum tamen, quod sufficit, si clerici et populus non contradicant. — Notandum deinde, quod, licet episcopus, illis contradicentibus, nequeat festa indicere perpetuo; potest tamen una vel altera vice. — Immo Suarez, Bonacina, Trullenç, Palau, Barbosa⁶, etc., apud Salmant.⁶, dicunt sufficere ex consuetudine solum cleri consensum. Sed huic contradicunt Salmant.⁷, juxta jus antiquum.

Notant tamen, quod, attento jure novo, ex bulla Urbani VIII *Universa*, edita anno 1642, possunt episcopi sine consensu populi et cleri instituere festa perpetua. Ita Salmant.⁸ cum Bordono. — Sed contradicit Croix⁹, dicens, non teneri populum servare festum indictum ab episcopo sine ejus vel cleri consensu: cum Barbosa¹⁰, Gavanto¹¹, Gobat, etc. Et quidem probabilius. Nam, ex una parte, certum est ex dicto cap. *Conquestus* non posse episcopum sine consensu cleri et populi festa indicere. Ex altera autem parte, in praefata bulla (juxta verba ipsius, relata apud Salmant.) non aliud dicitur, nisi quod episcopi abstineant de facili festa instituere. — Unde non bene, saltem non satis deducitur, hanc facultatem absolute episopis concedi.

Utrum autem episcopi possint festa instituere in honorem Sanctorum tantum beatificatorum? — Affirmant Suarez, Trullenç,

Saltem pro-
festis perpe-
tuis.

Episcopus
non insti-
tuit festum
beati.

Princeps
sacerularis
nequit festa
indicare.

Probabi-
lius festum
incipit a
media nocte
ad aliam.

Quid, si
transferra-
tur festum.

Hoc pree-
ceptum ob-
ligat sub
gravi.

lench, Fagundez, etc., apud Salmant.¹ Sed ipsi² ut verius negant, cum Sanchez³, Barbosa⁴, Villalobos⁵, Diana, etc.

*Principes saeculares etiam posse indi-
cere dies festos, saltem quoad abstinentiam a
servilibus, dicunt Sà, Silvester⁶, etc. —
Sed negant communius Azor, Sanchez,
Fillucci et plures alii, cum Salmant.⁷*

267. - Quaeritur⁸. *A quonam tempore
incipiat obligatio diei festi?*

Angelus⁹, Panormitanus¹⁰, etc. tenent
incipere a vespera ad vesperam. — Pro-
babilius vero incipit a media nocte ad
aliam; talis enim est usus hodiernus Ecclesiae Romanae. Verum est tamen, quod
possunt institui festa usque ad meridiem
aut noctem. Ita Navarrus, Suarez, etc. cum
Salmant.¹¹; et Elbel¹².

Notandum autem, quod si festum, ob-
diem impeditam, transferatur in aliam
quoad Officium; non transfertur obligatio
audiendi Sacrum, et abstinendi a servili-
bus. — Est commune (vide Salmant.¹³);
quia talis est communis praxis Ecclesiae.

268. - Quaeritur¹⁴. *An hoc preeceptum
obliget sub gravi; et ad quid obliget?*

Ad primum respondetur affirmative;
cum damnata fuerit ab Innocentio XI pro-
positio 52, dicens: *Praeceptum servandi
festa non obligat sub mortali, seposito*

Trull., lib. 3, cap. 1, dub. 2, n. 2. - *Fagund.*, de 1^o Praec. Eccl., lib. 1, cap. 3, n. 14 et 15. - ¹ Tr. 23, cap. 1, n. 114. — ² Loc. cit., n. 115. - *Diana*, part. 3, tr. 5, resol. 9. — *Sà*, v. *Festum*, n. 1. — *Azor*, part. 2, lib. 1, cap. 26, qu. 5. — *Sanchez*, *Consil.*, lib. 5, cap. 2, dub. 5, n. 7 et 8. - *Fill.*, tr. 27, n. 94. - ³ Loc. cit., n. 117 et 118. — *Navar.*, *Man.*, cap. 18,

diatur an nimis gravetur, etc.; non vero ut
episcopus cum ipso populo statuat; « nam his
atque aliis auditis (sunt verba Barbosae), solus
episcopus statuet ».

e) Sanchez rem clare significat, scribens in *Decal.*, lib. 2, cap. 43, n. 9, facultatem episcopis concessam festa instituendi, intelligentiam esse « de Sancto ab Ecclesia in Sanctorum numero cooptato ». Et in *Consil.*, lib. 5, cap. 2, dub. 5, n. 6, episcopum etiam cum clero posse instituire « festa Sanctorum alias ab Ecclesia canonizatorum ». — Idemque significat Villalobos, part. 2, tr. 32, diff. 1, n. 3, dicens episcopum posse festum instituere solum de Sanctis quos Romana Ecclesia in kalendario posuit. — Barbosa vero, de *Episc.*, alleg. 105, n. 36, utramque sententiam affert, sed quamnam amplectatur non explicat.

f) Silvester, v. *Dominica*, n. 2, de festis
solemnibus loquens, negat posse principem ea

scandalo, si absit contemptus. — Ad secundum respondetur, quod obligat ad audiendum Sacrum¹⁵ et ad abstinentium a servilibus¹⁶. Et hoc, non solum in dominicis, sed etiam in aliis festis.

Hic opportune advertendum, quod ex brevi edito die 12 Decembr. anni 1748 a Pontifice Benedicto XIV pro regnis Utriusque Siciliae, permittuntur opera servilia in festis, exceptis *diebus dominicis Paschatis Resurrectionis et Pentecostes, altisque per annum dominicis diebus; necnon diebus Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, Corporis Christi et Nativitatis Domini; diebus Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis B. Mariae Virginis Immaculatae; natali die SS. Apostolorum Petri et Pauli, die festo Omnium Sanctorum, ac festo die cuiusvis praecipi quarumcumque civitatum vel locorum, dioecesum praedictarum Patroni.* — Pro aliis festis praecipitur tantum auditio Sacri.

269. - Utrum autem sit obligatio etiam audiendi concionem?

Sic videtur praecipi in can. *Sacerdote, dist. 1, de consecr.* — Sed respondetur negative, cum Busenbaum (infra, n. 308 et 323) ac Salmant.¹⁷ Explicat autem Glossa, textum citatum loqui tantum de contem-

n. 5, vers. *Ex quo. - Suar.*, de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 31, n. 3. - ⁴ Tr. 23, cap. 1, n. 124. — ⁵ In 3 Praec., n. 331. — ⁶ Loc. cit., n. 126. - ⁷ Extrav. com. *Vice illius*, de trengia et pace; can. *Si quis etiam 55*, de consecr., dist. 1. - ⁸ Ex Levit. XXIII, 8; et cap. *Licit* 3, de feriis; cfr. etiam cap. *Omnis I*, eod. tit. — ⁹ Loc. cit., n. 134.

praecipere sub culpa; posse autem violatores cogere ad poenam.

267. - a) Angelus, v. *Dies, post princ.*, dicit quidem festum incipere in vesperis, sed « quoad officium »; quoad cessationem vero ab operibus servilibus, incipere « secundum consuetudinem patriae... ». Et ideo, si est consuetudo quod incipiant festare in mane, tenenda est, dummodo cessent usque ad aliud mane; si in sero, sic serva ». Citatur tamen a Salmant. ut asserit S. Alphonsus.

b) Panormitanus, in *cap. 1, de feriis*, sic revera docet; sed addit: « Quia hodie de consuetudine non servatur, puto homines non pecare, quia in principio et fine cujusque festivitatis attendenda est consuetudo... » et videtur haec observantia honestior, ut sic tota die in dominica abstineatur ab opere servili, et ne in aliquo celebretur dies sabbati, ne christiani viderentur judaizare ».

nentibus concionem. Et, ut notat Suarez¹⁸, nil aliud ibi praecipitur, quam ut episcopi et parochi diebus dominicis et solemnioribus, per se aut per alios idoneos concionem faciant, et in Adventu et Quadragesima, saltem tribus diebus in hebdomada praedicent, si ita oportere duxerint. Ex quibus verbis non imponitur alia obligatio, quam episcopis et parochis praedicandi.

Hic obiter advertendum, quod in Tridentino¹⁹ praecipitur tam episcopis quam parochis, obligatio concionandi suis populis in dominicis et festis solemnibus, his verbis: *Omnes episcopos... et ... paelatos teneri per seipso, si legitime impediti non fuerint, ad praedicandum (vel per idoneos, si impediti fuerint) ... Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtae subjeccat ultiioni. Archipresbyteri quoque, plebani, et quicunque... curam animarum habentes, ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis et festis solemnibus plebes sibi commissas, pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate et facilitate sermonis, vita quae eos declinare, et virtutes quas sectari oporteat.* Idem preeceptum renovatur episcopis in eodem concilio²⁰. — Hinc non dubito cum Salmant.²¹ et Barbosa, quin praedictum preeceptum obliget tam episcopos quam parochos graviter et absolute.

Nec obstat id quod sentit Suarez apud Bonacina²², nempe, quod hoc preeceptum non obliget tam rigorose, ita ut graviter peccant parochi, qui interdum vel saepius omittunt concionari. Id opinatur Suarez, tam ex consuetudine sic legem interpretante, quam ex ipso concilio, ubi²³, cum

¹ Sess. 5, de Reform., cap. 2. — ² Sess. 24, de Reform., cap. 4. — ³ Tr. 23, cap. 1, n. 136 et 137. - *Barbosa*, de Parocho, cap. 15, n. 1 et 2; de Off. et Potest. Episc., alleg. 76, n. 3. — *Suar.*, de Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 16, n. 7. - ⁴ Disp. 5, de 3^o Praec., qu. un., punct. 2, n. 31. — ⁵ Sess. 24, de Reform., cap. 4. — ⁶ Loc. cit., n. 31. — ⁷ Tr. 9, disp. un., punct. 4, n. 5. — ⁸ Tr. 23, cap. 1, n. 136. — ⁹ Tr. 10, de 4^o Praec., cap. 5, qu. 6, resp. 2. — ¹⁰ Loc. cit., num. 138. — *Bonac.*, disp. 5, de 3^o Praec., qu. un., punct. 2, n. 31. — ¹¹ Tr. 9, disp. un., punct. 4, n. 5. — ¹² Sess. 5, de Reform., cap. 2. — ¹³ Loc. cit., n. 138. — ¹⁴ Loc. cit., n. 144.

269. - a) Suarez, tr. 2, lib. 2, cap. 16, n. 7, hoc utique sensu explicat Tridentini preeceptum; sed preeceptum illud, quod inferius a Sancto Alfonso affertur.

agitur de hac obligatione episcoporum, dicitur. *Si ita oportere duxerint.* Et huic interpretationi adhaerent Bonacina²⁴ et Falaus²⁵.

Sed bene respondent Salmant.²⁶ quod conditio illa refertur ad tempus tantum Adventus et Quadragesimae, ut patet revera ex contextu concilii; sed non ad alia anni tempora.

Communiter tamen DD. in tali preecepto admittunt parvam materiam. — Roncaglia²⁷ vult, parvam materiam esse tantum duodecimam partem concionum infra annum: sed hoc videtur nimis rigidum. — Salmant.²⁸ autem rationabiliter asserunt, non excusari a culpa gravi parochos saepius praedicationem omittentes: quo videtur Salmant. excusare parochos interdum omittentes. Hinc non improbabiliter videntur tenere Bonacina et Falaus²⁹, non peccare graviter parochos, qui interdum concionari omittunt; secus vero, ut ajunt, si omitterent per unum integrum mensem continuo, aut per tres menses discontinuos in anno. Tanto magis, quia in Tridentino³⁰ dicitur, quod, si ab episcopo ipsi parochi moniti, trium mensium spatio numeri suo defuerint, per censuras, etc. cogantur, ut officium suum impleant. — Ex quo videtur, in hac materia, ejus parvitas majorem latitudinem habere.

Notant demum Salmant.³¹, bene posse parochos conciones omittere, ut postea opportunitus suppleant. — Episcopi autem rarius quidem quam parochi, tenentur conciones facere.

270. - Quaeritur³². *Quinam teneantur obserbare festa?*

Respondetur: Omnes fideles rationis compotes, id est, circa finem septennii. — Ita ex communi Croix³³ et Salmant.³⁴; contra alios, quorum opiniones passim reiciuntur.

*Sed datur
parvitas
materiae.*

*Omnes fi-
deles, ratio-
nibus com-
potes, tenen-
tur ad festa.*

Parochi et
episcopi te-
nentur con-
cionari.

Non datur
obligatio
audienti
concionem.

Sub gravi.

270. - a) Croix, lib. 3, part. 1, n. 615, memorat hanc sententiam, quam ex Gobat coarctat et exponit. Ipse vero non dicit eam a se teneri.

Item pueri, qui ante septennium certo pervenerint ad usum rationis, tenentur; ut censem probabilius Suarez¹, Navarrus², Azor³, et Salmant.⁴ cum Fagundez, ac Diana⁵, qui hanc sententiam probabiliorum vocant; (contra vero, non tenentur, si post septennium adhuc usu rationis carerent). Ratio quia lex ista obligat omnes qui ad annos discretionis pervenient. — Sed non immerito sententiam oppositam probabilem putant Elbel⁶; Diana⁶ cum Trullenbach, Rocafull⁷ et Pasqualigo⁸; ac Croix⁹ cum Burghaber¹⁰, Illsung¹¹ et Joanne Sanchez¹², Zaccaria¹³; nempe pueros ante septennium, etiamsi usum rationis acquisierint, non teneri ad leges positivas. Quia istae non obligant, nisi secundum communiter contingentia; ut habetur in lege *Nam ad ea, ff. de leg.*, ubi: *Nam ad ea potius debet aptari jus, quae et frequenter et facile, quam quae perraro eveniunt*. — Hac etiam ratione, D. Thomas¹⁴ excusat a jejunio juvenes ante 21 an-

Contrairem est etiam probabile.

Hinc pueri, qui ante septennium certo pervenerint ad usum rationis, tenentur; ut censem probabilius Suarez¹, Navarrus², Azor³, et Salmant.⁴ cum Fagundez, ac Diana⁵, qui hanc sententiam probabiliorum vocant; (contra vero, non tenentur, si post septennium adhuc usu rationis carerent). Ratio quia lex ista obligat omnes qui ad annos discretionis pervenient. — Sed non immerito sententiam oppositam probabilem putant Elbel⁶; Diana⁶ cum Trullenbach, Rocafull⁷ et Pasqualigo⁸; ac Croix⁹ cum Burghaber¹⁰, Illsung¹¹ et Joanne Sanchez¹², Zaccaria¹³; nempe pueros ante septennium, etiamsi usum rationis acquisierint, non teneri ad leges positivas. Quia istae non obligant, nisi secundum communiter contingentia; ut habetur in lege *Nam ad ea, ff. de leg.*, ubi: *Nam ad ea potius debet aptari jus, quae et frequenter et facile, quam quae perraro eveniunt*. — Hac etiam ratione, D. Thomas¹⁴ excusat a jejunio juvenes ante 21 an-

¹ In 3 P., de Sacrif. Miss., disp. 88, sect. 4, i. f. — ² Man., cap. 21, n. 1. — ³ Part. 1, lib. 7, cap. 2, qu. 1. — ⁴ Tr. 23, cap. 1, n. 145. — ⁵ Fagund., de 1^a Praec. Eccl., lib. 2, cap. 2, n. 7. — ⁶ Part. 10, tr. 12, resol. 37. — ⁷ Loc. cit., Trull., lib. 3, cap. 4, dub. 2, n. 11. — ⁸ Lib. 1, n. 676. — Diana, part. 4, tr. 3, resol. 52. — ⁹ Burghaber, centur. 2, cas. 24. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, n. 2026. — ¹¹ Tr. 23, disp. un., punct. 20, § 2, n. 2. — ¹² Silvest., v. Confessio II, n. 4, i. f. —

¹² Elbel, de Legib., n. 369, non solum eam appellat probabilem, sed etiam facit plane suam. — Et idem dicendum est de Burghaber, Centur. 2, cas. 24; Joanne Sanchez, Select. disp. 51, n. 31. — Illsung vero eamdem ut probabiliorem et communem sententiam tenet, tr. 1, disp. 2, n. 18.

¹³ Rocafull citatur a Diana pro annuae confessionis pracepto, ad quod revera, part. 3, tr. 6, de Praec. Eccl., lib. 4, cap. 4, n. 35, negat teneri pueros ante septennium, etiamsi rationis usum adepti sint. Sed, lib. 2, cap. 4, n. 50, de praesenti materia tractat, et quaerit: « An pueri teneantur Missam audire et qua aetate? » Et ita respondet: « In hac re convenientes pueri, convenientem ad usum rationis teneri audire Missam; et quia pueri, cum septennium attingunt, vel saltem excedunt, incipiunt habere usum rationis, proinde post septem annos tenentur audire Missam ». —

¹⁴ Pasqualigo pro lege jejunii citatur a Diana, et hanc sententiam tuerit, in *Praxi jejuni*, decis. 50, n. 2. Ratio autem qua nittitur, ad amussim applicari potest praesenti quaestioni; scribit enim: « Lex humano modo procedit in obligando; unde, quia non inten-

num, etiamsi aliquis non indigeret frequenti cibo: *Quia (ut ait) legislator attendit id quod communiter et in pluribus accidit*. Idem autem dicunt Sanctius¹⁵, Diana et Burghaber, apud Croix¹⁶, de pracepto annuae confessionis. — Sed tenendum cum Palao¹⁷, qui dicit esse communem sententiam cum Silvestro, Suarez, Coninck, Navarro, Laymann, Vasquez, Bonacina, etc., bene obligari ad confessionem pueros, conscientiam peccati mortalis habentes: dum ex cap. *Omnis utriusque sexus, tit. 38, l. 5, de poen. et rem.*, praecipitur, quod omnis fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, teneatur ad annuam confessionem. *Ad annos discretionis*, bene explicat Glossa: *id est, cum est dolí capax*.

Post septennium vero, in dubio rationis adeptae, pueri certe tenentur ad omnes leges. Quia tunc sine dubio, praesumptio ex communiter contingentibus stat pro obligatione; ut Elbel¹⁸; et Sanchez, Bonacina, Diana, etc., apud Salmant. ¹⁹

Suar., de Poenit., disp. 36, sect. 2, num. 3. — Coninck, de Poenit., disp. 5, n. 50. — Navar., Man., cap. 21, n. 33. — Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 5, n. 6. — Vasq., in 3 P., qu. 90, art. 2, dub. 4. — Bonac., disp. 5, de Poenit., qu. 5, sect. 2, punct. 4, n. 2. — ¹⁸ De Legib., n. 369. — Sanch., Decal., lib. 1, cap. 12, n. 13. — Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 9. — Diana, part. 4, tr. 3, resol. 52. — ¹⁹ Tr. 23, cap. 1, n. 145.

dit obligare nisi habentes usum rationis, ideo solum intendit obligare quando praesumitur usus rationis. Usus autem rationis non praesumitur nisi expleto septennio; quia, si aliquando anticipat, per accidens est; et ea quae per accidens fiunt non computantur. Quare, cum lex non intendat obligare nisi eos, qui praesumunt usum rationis exercere, non intendit obligare ante septennium».

¹⁵ Id est Croix, loc. cit., in editione quam curavit Zaccaria.

¹⁶ S. Thomas, 2^a 2^a e, qu. 147, art. 4, corp., scribit: « Legislator in eis [status communibus] statuendis attendit id quod communiter habetur et in pluribus accidit ». In resp. vero ad 2, loquens de juvenibus, negat eos ad jejunia teneri, quamdiu sunt in statu augmenti, « quod est ut in pluribus usque ad finem tertii septennii ». Non tamen loquitur de eis qui non indigent frequenti cibo.

¹⁷ Sanctius, id est Joannes Sanchez, quamvis apud Croix citetur ut notat S. Alphonsus, ipse tamen, disp. 51, n. 31, non de confessio- nis pracepto in specie, sed in genere scribit: « Quamvis ante septennium puer dolí capax sit, nullo pracepto positivo obligari reor ». —

Confiteri
tenet puer
conscius de
mortali.

Post sep-
tennium, in
dubio de ra-
tione tene-
tur.

Caecus si-
mul surdus
et mutus.

Qui autem simul esset caecus, mutus et surdus, non tenetur adesse Missae; quia non posset praestare moralem assistentiam.

Secus, si tantum sit caecus vel surdus. — Croix²⁰.

An teneantur peregrini ad observanda festa?

Vide dicta supra, Lib. I, num. 156; et dicenda hoc Lib. III, num. 332, v. *An autem*.

²¹. — An autem *liceat in festis injungere opera servilia infidelibus?*

Negat Fernandez, apud Tamburinium²¹.

— Sed affirmant²² Diana et Merolla²³; Laymann²⁴, Croix²⁵, cum Viva, Tamburino, et Elbel merito putant non improbabile: cum Laymann permittat injungi perpetuo amentibus servilia. Utrique enim sunt extra legem; dum Apostolus (I Cor. v, 12) nos instruit, quod Ecclesia non judicat de iis qui foris sunt.

Die fe-
sto servilia
injungi pos-
sunt infide-
libus.

DUBIUM I.

Quae Opera, tum hoc Praecepto, tum ab Ecclesia, prohibeantur.

272. *Quae sint opera servilia*. — 273. *An sit duplex peccatum, peccare in die festo*.

— 274. *Quae opera non sint servilia*. — 275. *An itinerari*. — 276. *An ducere currus vel jumenta onusta*. — 277. *An molere*. — 278. *An docere, scribere, canere, etc., etiamsi teneantur ob lucrum*. — 279. *An transcribere*. — 280. *An pingere*. — 281. *An delineare, retrahere, et an sculpere*. — 282. *An liceat typographis componere*. — *Et an distillare*. — 283. *An venari et piscari*. — 284. *Quae sint opera forensia vetita in festis*. — 285. *An liceant venditiones et contractus*. — 286. *An liceant nundinae et mercatus*. — 287. *An liceat excommunicare, confidere testamenta et similia*.

272. — « Resp. I^o. Die festo prohiben-
tur omnia opera servilia: hoc est, quae
et versantur circa materiam externam;
et, vel mechanica et illiberalia sunt,
v. gr. suere, fabricare; vel requirunt tan-
tum labore corporis, et ab operariis
tantum et servis fieri solent. — Ita DD.
communiter. Vide Laymann²⁶, Suarez,
Filliuccium, etc., ex S. Thoma²⁷ ».

Praenotandum, triplex genus operum
dari communiter ab auctoribus.

Alia sunt opera corporis; quae per
corpus exercentur, et ordinantur imme-
diate ad utilitatem corporis: ut fodere,

Anton. Fernand. Instrucion de confessores, part. 3, mandam. 3, n. 16. — ²⁶ Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 10, n. 3. — ²⁷ Lib. 4, tr. 7, cap. 2. — ²⁸ Suar., lib. 2, cap. 17, n. 6 et seqq., et n. 10. — ²⁹ Apud Tambur., loc. cit. — Diana, part. 5, tr. 14, resol. 7. — Viva, de Praec. decal., qu. 9, art. 1, n. 11. — Tambur.,

suere, etc. — Et haec dicuntur *servilia*, quia a servis fieri solent. Hinc definitur opus servile ab Illsung, apud Croix²⁸: *Actione, quae, quia vel immediate in utilitatem corporis, vel corporis potius quam animi viribus efficitur, vulgaribus communiter hominibus committi solet*.

Alia sunt opera animae, quae ab anima praecipue procedunt, et ad animum exco-
lendum spectant: ut legere, docere, can-
dere, organa pulsare. — Et haec dicuntur
liberalia, quia a liberis exercentur.

Alia denique sunt media seu commu-
nia, quae a liberis et servis promiscue

Opera li-
beralia.

Opera com-
munia.

²⁸ Croix, lib. 3, part. 1, n. 616, priorem partem distinctionis tenet; de altera vero di-
cit ad Missam teneri, « si... quis esset vel tan-
tum mutus et surdus, vel tantum caecus, vel
tantum caecus et mutus ».

²⁹ Laymann, lib. 1, tr. 4, cap. 10, n. 3, non quidem de infidelibus, sed de perpetuo amentibus loquitur, (uti notat ipse S. Alphon-
sus) affirmatque eis posse imponi diebus festis opera servilia. Ex quibus dictis aliqui a pari
vel a fortiori concludunt idem fieri posse re-
late ad infideles.

³⁰ Croix, lib. 3, part. 1, n. 579; Elbel, in 3 Praec., n. 410, non solum ut non improba-
bilem, sed ut probabiliorem hanc sententiam habent.

Tenendum est oppositum. ex S. Thoma ^{c)}, cum Soto ^{d)}, Navarro, Suarez et Salmant. ¹⁾. Ratio, quia intentio operantis non potest opus mutare.

279. — Quaeritur 2^o. *An transcribere sit opus servile?*

Affirmat Cajetanus, Navarrus, Sanchez ^{a)}, Silvester ^{b)}, etc., apud Salmant. ²⁾; quia transcribere, dicunt, non est opus mentis, cum multi transcribant etiam quod non intelligunt. — Sed negant communissime et probabilius Elbel ³⁾, Roncaglia ⁴⁾, Salmant. ⁵⁾ cum Suarez, Sà ^{c)}, Trullench, Bonacina; et Viva ^{e)} cum Palao et communi; quia transcribere, sicut scribere, ordinatur ad mentem instruendam.

Et ideo Elbel ⁷⁾, Viva ⁸⁾ notant ex Tamburinio, licere etiam transcribere notas musicas et rationes; et etiam characteres componere, ut Laymann cum Diana, Bu-

^{a)} *Navar.*, Man., cap. 18, n. 14. — *Suar.*, lib. 2, cap. 19, n. 6. — ¹⁾ Tr. 28, cap. 1, n. 257 et 258. — *Cajetan.*, in 2^o 2^o, qu. 122, art. 4, ad 2 dub. — *Navar.*, loc. cit., n. 14. — ²⁾ Loc. cit., n. 261. — ³⁾ In 3 Praec., n. 399. — ⁴⁾ Tr. 9, de 3 Praec., qu. 1, cap. 3, qu. 4, resp. 1. — ⁵⁾ Loc. cit., n. 262 et 268. — *Suar.*, lib. 2, cap. 25, n. 2. — *Trull.*, lib. 3, cap. 1, dub. 8, n. 5. — *Bonac.*, disp. 5, de 3 Praec. decal., punct. 2, n. 25, v. *Quarto*. — ⁶⁾ De Praec. decal., qu. 9, art. 1, n. 3. — *Pai.*, tr. 9, punct. 5, n. 4. — ⁷⁾ Loc. cit., n. 400. — ⁸⁾ Loc. cit., n. 3. — *Tambur.*, Decal., lib. 4, cap. 3, § 1, n. 7. — *Laym.*, lib. 4, tr. 7, cap. 2, n. 3. — *Azor.*, part. 2, lib. 1, cap. 27, qu. 6. — *Regin.*, lib. 19, n. 41. — *Fill.*, tr. 27, n. 169. — ¹¹⁾ Disp. 5, de 3 Praec. decal., punct. 2, n. 25. — ¹²⁾ Tr. 3, cap. 4, n. 45.

dem tenet de actu scribendi; at cap. 28, qu. 1, negat ulum opus, quod sua natura liberalis est, fieri servile ratione quaestus; « alioquin enim opera servilia essent numerare, cantare, instrumenta musica pulsare, consilium dare, theologia aut leges aut jura docere, pila ludere, quotiescumque mercede fierent actiones hujusmodi ».

^{c)} S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 122, art. 4, ad 3, ita scribit: « Nullius spiritualis actus exercitium est contra observantiam sabbati, puta si quis doceat verbo vel scripto ». Quae quidem verba Salmant. n. 258, ita commentantur, ut intelligantur non solum de eis qui gratis docent, sed etiam et potius de iis, qui ob mercedem docent.

^{d)} Sotus male invocatur a Salmant.; nam, de *Just.*, lib. 2, qu. 4, art. 4, vers. *Tertium genus*, concedit aliqua opera corporalia, ut sunt artium liberalium opera, et musica, et figuris geometricas ducere, esse genere suo libera, et licita diebus festis; alia vero esse liberis et servis communia, ut exscribere: « Et quidem si scribere ad id dumtaxat redditur, quod est cum absentibus loqui, ut scribere epistolas aut orationes habendas ad populum aut praelegendas lectiones, liquet esse licitum; si autem ad opus servile vergat, ut

senbaum (n. 282), Mazzotta; et Elbel ⁹⁾ cum Sporer, Tamburinio, Mayr et pluribus, contra Palaum.

280. — Quaeritur 3^o. *An pingere sit opus servile?*

Prima sententia negat cum Lopez, Medina, Angelo, Silvestro, Sayro, Armilla, Rosella, Barbosa ^{a)}, apud Salmant. ¹⁰⁾, et apud Busenbaum et Laymann. Ratio, quia, ut dicunt, tale opus proprie servile non est; sed potius liberale, prout simillimum ac scribere. Saltem non esse servile, si fiat recreationis causa. admittunt Azor, Reginaldus, Fillucci, etc., apud Bonacina ¹¹⁾. Hanc sententiam Sporer ¹²⁾ vocat probabiliissimam ^{b)}. — *Secunda* tamen communior sententia tenet esse opus servile: quia non potest dici actio liberalis, cum non tendat ad mentem instruendam, ut tendit scri-

Pingere
juxta alios
non est ser-
vile.

Juxta alios
est servile.

Probabi-
lius est opus
medium.

⁹⁾ Loc. cit., n. 401. — *Sporer*, tr. 3, cap. 4, n. 45. — *Tambur.*, loc. cit., n. 7. — *Cherub.* *Mayr*, Trismegist. doctrin. christ. contin., dist. 8, cap. 3, num. 320. — *Pal.*, loc. cit., num. 5. — *Ludov. Lopez*, Instruct., part. 1, cap. 52, vers. *Licet scribere*. — *Barthol.* *Medina*, Sum., lib. 1, cap. 14, § 8. — *Angel.*, v. *Feriae*, num. 31. — *Silvestr.*, v. *Dominica*, n. 7, concl. 6. — *Sayr.*, Clav., lib. 7, cap. 2, num. 16. — *Armilla*, v. *Festum*, n. 21. — *Rosella*, v. *Feriae*, n. 13. — ¹⁰⁾ Tr. 28, cap. 1, num. 280. — *Laym.*, lib. 4, tr. 7, cap. 2, num. 3. — *Azor*, part. 2, lib. 1, cap. 27, qu. 6. — *Regin.*, lib. 19, n. 41. — *Fill.*, tr. 27, n. 169. — ¹¹⁾ Disp. 5, de 3 Praec. decal., punct. 2, n. 25. — ¹²⁾ Tr. 3, cap. 4, n. 45.

stata mercede transcribere aut alia ratione calamo mereri, id minime fas est ».

279. — ^{a)} Sanchez adducitur quidem a Salmant. quasi dicat transcribere ex genere suo non esse servile. Atvero Sanchez, *Consil.*, lib. 5, cap. 2, dub. 9, n. 4, distinctione utitur, dicens esse liberale et licitum, si transcribere fiat immediate ad docendum, dicendum, consulendum, explicandos conceptus proprios, vel aliquid hujusmodi spirituale; servile vero et illicitum esse, si fiat immediate ad acquiendum lucrum. Concedit tamen n. 5, satis esse probabile licere ob lucrum transcribere et tutum, in casu quo transcribere illud « proxime ordinatur ad studium ».

^{b)} Silvester, v. *Dominica*, n. 7, concl. 6, haec habet: « Nec licet scribere in aliquo grandi, ut de quaterno in quaternum..., quia scilicet est opus servile ».

^{c)} Sà male a Salmant. allegatur; dicit enim v. *Festum* n. 5: « In festo licet... secundum quosdam libros ob lucrum describere, vel pingere aliquid; sed alii negant probabilius ».

280. — ^{a)} Barbosa, in cap. *Licet 3, de feriis*, n. 4, v. *Sic eodem*, consentit quidem, casu quo quis pingit « sine apparatu et magno labore ».

^{b)} Quando scilicet pingitur « in tabula sine apparatu et magno labore ».

ptura; sed solum ad assimilandas imagines rerum. Deinde quia pingere simillimum est ac sculpere et acu depingere: quae, ex communi, sunt servilia. Ita Salmant. ¹ cum Cajetano, Suarez, Palao, Sanchez et aliis.

His tamen non obstantibus, Laymann ², Viva ³, Elbel ⁴, Holzmann ⁵, Roncaglia ⁶, Anacletus ⁷; Tamburinius ⁸ cum Sà ^{c)}, Pellizzario et Palao ^{d)} admittunt, primam sententiam esse probabilem: modo id fiat sine magno apparatu, scilicet, colores miscendo, tabulas edolando, etc. — Ratio, quia pingere, licet requirat operationem materialis, non videtur tamen proprie posse dici actio servilis; immo, potius dicenda videtur liberalis. Nam, sicut scriptura exprimit conceptus internos, ita pictura exprimit imagines rerum, ut dicunt Castropalaus ⁹, Tamburinius et Viva; vel, ut ait Laymann, videtur pingere esse actio liberalis, quatenus tendit ad animum recreandum. — Negari non potest, praeditam opinionem satis esse probabilem, ut recte dicit Mazzotta. Nam, etsi non constaret quod pingere sit opus liberale, nec etiam constat esse servile: quod utique constandum fore videtur, ut posset dici prohibitum. — Probabilius enim videtur esse actio saltem *media*, et *communis* servis et liberis; dum saepe communiter ob-

servamus, nobiles viros non erubescere hanc operationem pingendi addiscere et exercere; opera enim *in quantum* (loquitur S. Thomas ⁹) sunt *communia servis et liberis*, *servilia non dicuntur*. Saltem, ut dicit Roncaglia ¹⁰, non sunt dimittendi sine absolutione, qui hanc opinionem ut probabilem sequuntur.

281. — Committunt autem admittunt Sporer ¹¹, Felix Potestas ¹², Mazzotta et alii apud Tamburinium et Viva, non esse opus servile, delineare, retrahere imagines vel exemplaria acu, ut solent feminae. Haec enim (ait Tamburinius) magis referuntur ad exercendum ingenium, quam ad operandum. — Excusant etiam Azor, Fillucci, Silvester ^{a)} et Angelus ^{b)}, apud Bonacina ¹³, puellas acu pingentes, ut addiscant; cum Palao ^{c)}, Sà, Marchant ^{d)} apud Busenbaum (hic, n. 283, *in fine*).

Ars tamen sculptoria committerunt, saltem in aestimatione hominum, inter artes mechanicas numeratur. — Vide Tamburinius ¹⁴ cum Palao.

282. — « 6^o. Videntur etiam excusari possesse in typographiis, litterarum collatione, quando post divina collocant negligenter pensum; ut habet Laymann ^{a)}. — Imprimere tamen, servile habetur. Escobar ¹⁵, Suarez, Laymann, etc.

¹⁾ Tr. 23, cap. 1, n. 281. — *Cajetan.*, in 2^o 2^o, qu. 122, art. 4, art. 4, vers. *Ad 2 dubium*. — *Suar.*, lib. 2, cap. 26, n. 4 et seqq. — *Pal.*, tr. 9, punct. 5, num. 7. — *Sanch.*, *Consil.*, lib. 5, cap. 2, dub. 12. — ²⁾ Lib. 4, tr. 7, cap. 2, num. 3. — ³⁾ De Praec. decal., qu. 9, art. 1, num. 4. — ⁴⁾ In 3 Praec., n. 396 et seqq. — ⁵⁾ De Praec. decal., n. 541, vers. *Nihilominus*. — ⁶⁾ Tr. 9, de 3 Praec., qu. 1, cap. 8, qu. 4, resp. 1. — ⁷⁾ Tr. 10, de Praec. Eccl., dist. 1, qu. 2, n. 18. — ⁸⁾ Decal., lib. 4, cap. 3, § 1, n. 8, et 9. — *Pelliz.*, tr. 5, cap. 4, n. 25. — *Tambur.*, loc. cit., num. 8, i. f. — *Viva*, loc. cit., num. 4. — *Laym.*, loc. cit., n. 3, p. med. — *Mazzotta*, tr. 2, dist. 1,

Delineare,
acu pingere,
etc., non
sunt servi-
lia.

Ars scul-
ptoria, me-
chanica.

Typogra-
phi.

^{c)} Sà, vide notam c ad n. 279, ubi dicit oppositionem esse probabilius; quibus verbis videtur inculcare hanc sententiam probabilem esse.

^{d)} Palaus non citatur pro hac sententia a Tamburino, nec ipse eam probabilem appellat, dum contrarium simpliciter tuerit.

^{e)} Castropalaus, loc. cit., n. 7, hanc utique differentiam inter scripturam et picturam interesse notat; sed ex hac differentia colligit picturam non esse opus liberale.

281. — ^{a)} Silvester, v. *Dominica*, n. 7, vers. *Quarta*, allegatur quidem a Bonacina, sed ex Fillucci; ipse vero in generali excusat eos, qui aliquid die festo operantur « ad vitandum otium vel alias occasiones vagandi et peccandi ».

peccatum; unde rationabiliter occupantur hoc fine domicellae post suas devotiones, non autem ad lucrum principaliter ».

^{b)} Angelus a Bonacina ex Fillucci pariter citatus, id tamen non habet.

^{c)} Palaus, tr. 9, punct. 5, n. 6, male a Busenbaum affertur; hanc enim opinionem ex Azorio refert, secundum sententiam quae docet licitum esse pingere; quam vero Palaus rejicit.

^{d)} Jacobus Marchant, *Resolut. pastor. circa Decal.*, cap. 3, qu. 2, vers. *Quarto*, licitum id esse concedit, quando fit ad vitandum otium vel alias occasiones vagandi et peccandi.

282. — ^{a)} Laymann, lib. 4, tr. 7, cap. 2, n. 3, i. f., probabiliter licitum esse dicit ty-

Distillatio
sine fatiga-
tione, licita.

« 7°. Excusat etiam Filiuccius¹ distil-
lationem, quae sine corporis fatigatione,
potius ad experientiam et peritiam fit,
quam ex officio et arte ». [Admittit eam
Croix², si parva sit applicatio].

An autem, ob eamdem rationem, liceat
emundare triticum manibus? — Tamburi-
nius³ in dubium revocat. Caeterum,
Pater Michel, apud Elbel⁴, permittit ad
vitandum otium leves labores, ut decer-
pere rosas, decorticare poma, etc. Sed in
his potius dicendum puto, quod requiratur
majus temporis spatium ad materiam
gravem.

283. — « 8°. Servile aliqui non putant
« (alii contrarium tenent, et excusant per
« consuetudinem, ad otium aliaque pejora
« vitanda) venari: Granado⁵; aucupari,
militare, gladiari, piscari (saltem in flu-
minibus recreationis gratia), et similia:
piscatio tamen moderata esse debet. Vide
Laymann et Filiuccium⁶, Bonacina⁷,
Escobar, qui docet, laboriosam et ex of-
ficio non licere. — Similiter quidam ex-
cusant pueras, ad otium vitandum acu-
pingentes. Armilla, Azor, Palau⁸, Sà,
Marchant⁹. Vide Diana¹⁰.

Quaeritur: an venatio, aucupatio et pi-
scatio sint opera vetita in festis? — Adest
duplex sententia.

¹ Tr. 27, n. 169. — ² Lib. 3, part. 1, n. 578. — ³ Decal., lib. 4, cap. 8, § 1, n. 18. — Michel, tom. 2, part. 2, (append. 2) § 6, punct. 1, n. 32. — ⁴ In 3 Praec., n. 408. — ⁵ In 2^{me} 2^{me}, controv. 3, tr. 12, disp. 4, sect. 7, n. 65. — Laym., lib. 4, tr. 7, cap. 2, n. 6. — ⁶ Tr. 27, cap. 9, a. n. 172. — ⁷ Disp. 5, de 3 Praec., decal., punct. 2, n. 23, vers. Tertio. — Escob., tr. 1, exam. 5, cap. 4, n. 21 (edit. Lugd., s. d.) — Armilla, v. Festum, n. 21. — Azor, part. 2, lib. 1, cap. 27, qu. 6. — Sà, v. Festum, num. 5. — ⁸ Part. 4, tr. 4, resol. 62, i. f.; part. 6, tr. 6, resol. 15. — ⁹ Tr. 23, cap. 1, num. 234. —

pographis characteres ordinare; « saltem ipsi
(subdit) in ea persuasione sunt, quod post per-
actam rem divinam, quae praecedentibus die-
bus neglexerunt, compensare liceat ».

283. — ^{a)} De Palao et Marchant, vide no-
tas c et d ad n. 281 supra.

^{b)} Silvester, v. Dominica, qu. 5, vers. Sexta, haec licere dicit, si ad honestam re-
creationem fiant; secus vero, si ad lucrum.

^{c)} Angelus, v. Feriae, n. 26, de venatione
loquitur, quam licere negat in die festo; ad-
dit autem: « Non credo tamen peccent mortali-
ter, qui diebus festivis ipsi intendunt, nisi id
faciant causa lucri principaliter, vel dimissis
divinis ».

Prima affirmit; quia dicunt esse opera
servilia, maxime si fiant ob quaestum: ut
Silvester^d, Angelus^e, Corella^f, etc.,
apud Salmant.^g — Secunda tamen senten-
tia, probabilior et communior, negat
esse prohibita, etsi fiant causa lucri. Vel
quia non sunt opera servilia; ut tenent
Laymann^h, Elbelⁱ, Sanchez^j, Navarrus,
Medina, Granado, Rodriguez, Lopez. Vel
quia saltem excusantur a consuetudine;
ut recte Holzmann^k, Viva^l cum Palao,
Sanchez, Trullenbach, Filiuccio, Leandro:
modo, intellige, haec fiant sine magno
labore; alias, frustra videretur Pontifi-
cem dispensasse in pescatione halecum,
in cap. 3, de feriis.

284. — « Resp. II^m. Prohibentur praete-
re rea quaedam opera non servilia, quae
dicuntur forensia: ut sunt mercatus, pla-
citum, judicium ad mortem vel poenam;
et strepitus omnis judicialis, id est actio-
nes quae ad decisionem causarum, tam
civilium quam criminalium, tam saecu-
larium quam ecclesiasticarum, spectant.
— Ita communiter doctores, ex cap. 1,
de feriis.

Unde resolves:

« 1°. Festo non licet citare, adducere
testes, id est exigere juramentum judi-
ciale, proferre aut exsequi sententiam:

^{d)} Corella, tr. 16, cap. 9, § 2, pescationem
et venationem serviles actiones esse dicit,
ideoque die festo prohiberi; negat tamen sub
hac prohibitione comprehendendi pescationem
cum arundine factam.

^{e)} Laymann, lib. 4, tr. 7, cap. 2, n. 6, vi-
detur potius contrarium tenere: « Venari, in-
quit, aucupari, piscari ex genere suo servilia
opera esse evidentur...; consuetudo tamen obti-
nuit, ut festis diebus licita sit recreationis
causa instituta venatio, item pescatio in flumi-
nibus sine multis operis et labore. Immo aliqui...
negant talem venationem, pescationem
vel aucupium opus servile esse, cum ad ani-
mum recreandum spectent ».

Juxta
quosdam,
vetita die
festo.

Probabi-
lius licita,

modo fiant
sine magno
labore.

Opera fo-
rensis, pro-
hibitum.

Nundinae,
licitae.

« quae si feratur, est irrita. — Vide Lay-
mann^l ».

Prohibetur in festis praestare juramen-
tum judiciale pro rebus temporalibus^m:
ut S. Thomasⁿ. Sed licitum est praestare
juramentum inquisitoribus; et etiam jurä-
menta, quibus confirmantur contractus
permissi in die festo. Viva^o. — Prohi-
bentur etiam formatio processus, citatio
partis et sententiae prolatio, sive execu-
tio: nisi aliter requirat necessitas aut pie-
tas, ex cap. ult., de feriis.

285. — « 2°. Nec licet emere et vendere
res non necessarias, negotiari publice
vel privatim, inire contractus emptionis,
locationis, permutationis, etc. (nisi ex
consuetudine vel aliis justis causis ex-
cusentur) quia intelliguntur nomine mer-
catus, qui prohibitus est cap. 1, de feriis:
ut docet Bonacina ex Suarez^p et Filiuc-
cio^q ». — [Vide n. seq., v. An autem].

286. — Nundinae universales ex consue-
tu dine jam permittuntur; et alicubi etiam
nundinae particulares in quavis hebdo-
mada: ut Viva^r cum Palao, et Salmant.^s;
et ibid., Sanchez, Cajetanus, Sotus, etc.,
cum Croix^t, qui cum Palao et Tamburi-
nio dicit, quod ex consuetudine nunc vi-
detur omnino licitus esse mercatus^u. —
Emptiones autem mercium certe sunt ve-

titae a jure canonico; ut ait Sanchez^v, etc.,
apud Salmant.^w At ubi est contraria con-
suetudo, excusantur: Sanchez et Viva^x.
Consuetudo enim (ait Mazzotta^y) in hoc
magna ex parte legem abrogavit.

Hinc notant Salmant, permitti in fe-
stis vendere poculenta et esculenta, etsi
ad gulositatem, cum Cajetano^z, Sanchez,
Navarro, et Busenbaum (n. 289): juxta
decretum S. C. Rituum^{aa}, apud Salmant.^{bb}
— Item, vendere calceos, candelas, et si-
milia, quorum pretium jam aestimatum
sit. Item, vendere domum, equum, mer-
ces, etiam praesentes, et quamvis in hoc
multum tempus impendatur: tum quia sic
fert timoratorum usus; tum quia Ecclesia
tantum venditionem in publicis officinis
prohibuit, ratione scandali. — Ita Salmant.^{cc}
cum Sanchez, Navarro^{dd}, etc.; et Croix^{ee}
cum Palao, Tamburino et Illsung^{ff}.

An autem nomine mercatus vetentur
etiam locationes, negotiationes et similia?

Affirmant Busenbaum, cum Tabiena^{gg},
Silvestro^{hh}, etc. — Sed communius negant
Sanchezⁱⁱ, Viva^{jj}, Salmant.^{kk} cum Trul-
lenbach, Palao^{ll}, Azor^{mm} et Leandroⁿⁿ.
Quia talis est sapientium consuetudo; qua
videtur derogatum decretis S. Pii V Cum
primum, anni 1566, et Sacrae Congr. Ri-
tuum^{oo}, apud Salmant.^{pp}

¹ Lib. 4, tr. 7, cap. 2, n. 7. — ² 2^{me} 2^{me}, qu. 89, art. 10, corp.
— ³ De Praec., cap. 1, qu. 9, art. 2, n. 5. — Bonac., disp. 5,
de 3 Praec., decal., punct. 2, n. 10. — ⁴ Lib. 2, cap. 29, n. 2.
— ⁵ Loc. cit., art. 2, n. 2. — ⁶ Pal., tr. 9, punct. 6, n. 5.
— ⁷ Tr. 28, cap. 1, num. 269 et 271. — Sanchez, Consil., lib. 5,
cap. 2, dub. 5, n. 5 et 7. — Cajetan., in 2^{me} 2^{me}, qu. 122,
art. 4, vers. His igitur expeditis; Sum., v. Festorum vi-
olatio, § Ut autem singula. — Sotus, de Just., lib. 2, qu. 4,
art. 4, vers. Sextum denique. — ⁸ Lib. 3, part. 1, n. 606.
— ⁹ Pal., loc. cit., n. 2. — ¹⁰ Tr. 5, n. 171. — ¹¹ Loc. cit., dub. 26, n. 3.
humana et morali. — Sed satisfacere affirmant^{b)} Salmant.⁹ cum Suarez Trulench, Ledesma et aliis: quia tunc adest attentio ad Deum, quae perfectior est prae aliis; ut communiter docent DD. cum S. Thoma^{c)}.

Utraque est probabilis. — Sed probabilius est secunda, cum Continuator Tourelly¹⁰: quia in extasi non amittitur liberum arbitrium, ut docet D. Thomas^{d)}.

316. - Quaeritur 4^o. *An dormitans inter auditionem Sacri, vel recitationem Officii, satisfaciat?*

Respondetur cum Sanchez¹¹, Navarro^{a)} et Salmant.¹², quod, si post debitam intentionem, audiat Sacrum vel recitet horas, ea attentione, qua saltem advertat non omittere audire vel dicere ullum verbum: licet, vexatus a somno, non attendat ad significationem, satisfacit; et saltem non peccat graviter.

317. - Quaeritur 5^o. *An satisfaciat, qui audit Sacrum confabulando?*

Busenbaum hic affirmat, si confabulatio eum non impedit advertere, saltem in confuso, quid fiat. — Sed verius contradicunt Salmant.¹³ cum Suarez, Dicastillo et Filliuccio. Et eis adhaerent Laymann^{a)}, Bonacina^{a)}, Trulench cum

Dormi-
tans quan-
doque satis-
facit.

Audiens
sacrum con-
fabulando
non satisfa-
cit.

disp. 88, sect. 3, v. *Altis vero*. - Trull., lib. 3, cap. 1, num. 14. - Petr. Ledesm., Sum., de Euchar., cap. 27, concil. 12, dub. — ¹⁰ De 3 Praec., cap. 3, art. 2, sect. 1, concl. 2. — ¹¹ Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 33, n. 1. — ¹² Tract. 5, de Sacrif. Miss., cap. 6, num. 48. — ¹³ Loc. cit., num. 50. - Suar., loc. cit., sect. 3, vers. *Ex his autem*. - Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 5, dub. 8, num. 109. - Fill., tract. 5, num. 216. — Trull., loc. cit., num. 15.

Deum et ad rem pro qua oratur, dicit: « Et quandoque in tantum abundat haec intentio qua mens fertur in Deum, ut etiam omnium aliorum mens obliviscatur ».

^{d)} S. Thomas, 1^a 2^{ae}, qu. 113, art. 3, ad 2, de somno propheticō loquitur, et dicit: « In quo casu aliquis usum liberi arbitrii habet ».

316. - ^{a)} Navarrus citatur quidem a Sanchez, uti refert S. Alphonsus, attamen, de Hor. canon., cap. 9, n. 9, haec tantum habet: « Obdormire ad verbum unum aut alterum, dum tamen non dormiatur parte notabilis horae vel Missae quae cantatur, non est peccatum mortale ».

^{317.} - ^{a)} Laymann, lib. 4, tr. 7, cap. 3, n. 2, v. *Secundum*, his aucto-ribus ita adhaeret: « Licet reprehendendi sint, non statim peccati mortalis damnandi aulici aut merca-

Soto^{b)}, Medina^{b)} et aliis, apud Croix¹⁾; qui dicunt non satisfacere, si confabulatio esset per magnam Missae partem, et de re seria; secus, si esset per parvam partem, vel discontinuatim de re levi, quae omnem attentionem non impediret: et sic sentit etiam Elbel²⁾. — Sed huic ultimo neque omnino acquiesco; dum confabulatio etiam de re levi potest impedire attentionem externam.

Sevestiens,
calceans,
satisfacit.

Item au-
diens Mis-
sam deam-
bulando.

Colligens
eleemosynas,
quando
satisfacit.

Musici,
organoedi.

Satisfat
praecepto
in quovis
loco.

« in parochiali aut cathedrali, sive in regularium ecclesia, sive in oratoriis pri- vatis, sive extra ecclesiam audiatur. — « Ratio, quia Ecclesia tantum auditionem Missae praecipit, non autem locum: ergo « quovis loco impletur ». [Ita Salmant.³⁾ cum Lugo, Dicastillo^{a)}, etc., communiter. Sed quoad oratoria privata, vide num. seq. 319]. « Toletus¹⁰, Azor¹¹, Rodriguez, « Navarrus, Filiuccius, Nuñez, Suarez, « Coninck, Bonacina¹² et plures.

« Quae doctrina, licet certa satis sit, « nihilominus, quia post omnes supra ci- tatos auctores, a quodam moderno, viro « alias docto, in dubium vocatur; peculiari « Dubio examinanda est, ne cui (quia liber « obvius est) scrupulus, aut conscientia « nascatur erronea ».

319. — Hic operae pretium est plura ad trutinam revocare, circa privilegium *Oratorii privati*. Et ante omnia, refert adnotare verba Brevis pontificii, quo solet hujusmodi indulmentum concedi:

CLEMENS XIII. *Tibi, N. N., dioecesis Neapolitanae, qui (ut asseris) ex nobili genere procreatus existis, ut in privato domus tuae solitae habitationis oratorio, existente in civitate N. et dioecesi N., ad hoc decenter muro exstructo, et ornato, seu exstruendo et ornando, ab omnibus domesticis usibus libero, per Ordinarium loci prius visitando et approbando, de ipsis Ordinarii licentia ejus arbitrio du-*

Oratoria
privata.

Tenor pri-
vilegiis.

ratura, unam Missam pro unoquoque die, dummodo in eadem domo celebrandi licen- tia, quae adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque sacerdotem, ab eodem Ordinario approbatum saecularem, seu de superiorum suorum licentia regu- larem, sine tamen quorumcumque jurium parochialium praefudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes et Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, nec non aliis solemnioribus anni festis diebus exceptis, in tua, et natorum, ac familiae tuae, nec non hospitum tuorum nobilium praesen- tia, celebrari facere libere et licite pos- sis et valeas, indulgemus. Non obstanti- bus, etc. Volumus autem quod familiares, servitio tuo tempore dicto actu non neces- sarii, ibidem Missae hujusmodi interes- sentes, ab obligatione audiendi Missam in ecclesia diebus festis de preecepto mi- nime liberi censeantur.

Oportet nunc unanimquamque indulti clausulam breviter ad examen ponere, ut difficultatibus occurratur.

CLAUSULA I. *Tibi, N. N., dioecesis Neapolitanae.*

Hic quaeritur: an privilegiatus, trans- ferendus domicilium in aliam dioecesim, poterit ibi illo uti?

Affirmant communissime Barbosa¹, Salas^{a)}, Pasqualigo², Pellizzarius³, Tamburinius⁴, Lacroix⁵ cum Silvestro^{b)}, Bonacina^{b)}, et Diana⁶ cum aliis pluribus. Ratio horum est, quia hoc privilegium est personale: cum non concedatur loco, sed personae, ob illius nobilitatem. Quapropter, sicut cessante causa privilegii, privilegium cessat; ita perseverante ejus causa, nempe nobilitate personae, privilegium perseverat. — Nec obstante dice- bant illud: *Tibi, N. N., dioecesis Neapolitanae*. Id enim non apponitur taxative; sed tantum demonstrative, nimurum *tibi, qui*

¹ Lib. 8, part. 1, n. 658. — ² In 3 Praec., n. 343. — ³ Dicast., de Sacr. Miss., disp. 5, dub. 8, n. 109. — ⁴ Leand., tr. 2, disp. 1, qu. 80. — ⁵ Bonac., de Euchar., qu. ult., punct. 11, n. 24. — ⁶ Tr. 5, cap. 6, n. 52. — ⁷ Dicast., loc. cit. — ⁸ Gobat, tr. 5, n. 305. — ⁹ Loc. cit., n. 652. — ¹⁰ Herinckx, de Sacrif. Miss., n. 217. — ¹¹ Tr. 5, cap. 6, n. 52. — ¹² Less., Auctar., v. Miss., cas. 3. — ¹³ Lib. 3, part. 1, n. 652. — ¹⁴ Loc. cit. — ¹⁵ Tr. 3, cap. 4, num. 16. — ¹⁶ Loc. cit., num. 1. — ¹⁷ Lugo, de Euchar.,

tores, qui inter Missarum solemnia modo at- tendunt, modo confabulantur ». — Bonacina pariter, *de Euch.*, qu. ult., punct. 11, n. 24: « Eum, inquit, non satisfacere preecepto, qui tempore Missae notabiliter confabulatur..., ita ut omnino impediatur attentio ad Missam... Existimo tamen eum satisfacere preecepto, ita ut non teneatur novam Missam sub mortali audire, qui ita confabulatur..., ut non omnino impediatur attentio requisita ad Mis- sae sacrificium audiendum».

¹ De Jure eccles., lib. 2, cap. 8, n. 16, i. f. — ² De Sacrif. Miss., qu. 629. — ³ Tr. 8, cap. 2, num. 152. — ⁴ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, n. 2. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 269. — ⁶ Part. 4, tr. 4, resol. 208. — ⁷ De Orator. domest., cap. 2, animadv. 12. — ⁸ De Orator. domest., cap. 22, num. 20. — ⁹ Merolla, disp. 6, cap. 8, dub. 22, n. 126. — ¹⁰ Part. 6, tr. 8, resol. 11. — ¹¹ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, num. 1. — ¹² Loc. cit., n. 31. — ¹³ Pelliz., tr. 8, cap. 2, num. 149. — ¹⁴ Cap. 3, n. 3, animadv. 1. — ¹⁵ De Matrim., lib. 8, disp. 1, n. 1 et 4.

319. — ^{a)} Salas, *de Legib.*, disp. 20, sect. 16, n. 123, id non habet, quidquid investigare potuerim; et hoc solum reperi potui, quod auctor iste scribit, disp. 17, n. 10, scilicet pri-

vilegium personale « cum persona incedit, durat et finitur ». Ex quibus sane verbis sententia affirmans colligi potest.

^{b)} Silvester et Bonacina a Croix allegan-

nunc es dioecesis Neapolitanae: et hoc, ne privilegium usurpari possit ab alio alterius dioecesis, qui forte sit ejusdem nominis. Advertunt tamen praefati auctores, quod semper requiritur inspectio loci, ac approbatio ab Ordinario illius alterius dioecesis.

Sed his non obstantibus, sentio cum Patre Fortunato a Brixia⁷ et Patre Gattico⁸, ac Merolla apud Diana⁹, quod, translato domicilio in aliam dioecesim, privilegium cessat. Ratio, quia in exemplaribus hodiernis hujusmodi indulti, nomen civitatis et dioecesis non solum applicatur personae, nempe: *Tibi, dioecesis N.*, sed etiam ipsi oratorio, cum ibi dicatur: *In privato domus tuae solitae habitationis oratorio, in civitate N. exsistente*; et aliquando additur etiam nomen dioecesis: ergo, sicut limitatur privilegium circa personam, sic etiam circa locum.

— Et ideo puto auctores pro prima opinione citatos, olim fere communiter illam tenuisse, quia olim nomen dioecesis apponebatur tantum personae, non autem loco; sic enim habetur in exemplari re- lato a Tamburino¹⁰: *Tibi, dioecesis N..., ut in privato domus tuae solitae habitationis oratorio, ad hoc decenter muro exstructo, etc.* Sed hodie, posito quod nomen civitatis, aut etiam dioecesis, apponitur adhuc loco; non dubitandum quin non demonstrative apponatur.

Praeterquam quod, etiamsi hoc dubium esset, hujusmodi privilegium in dubio stri- cte est interpretandum. — Scio, Tamburi- nium¹¹, citando pro se Pellizzarium, mihi adversari, dicentem, quod tale indulmentum oratorii late interpretari debet, cum sit privilegium principis, quo nulli preejudicium inducitur. Sed oppositum mihi verius appareat; et Pater a Brixia¹² asserit id commune esse apud omnes. Ratio, quia alias communiter docent Sanchez¹³, Bon-

s. Doctor
id negat.

obesse debitae attentioni. Idemque docet Sotus, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, v. *Hinc colligitur*.

c) Navarrus et Cajetanus, de simili casu tractant; Navarrus enim, *de Horis canon.*, cap. 13, n. 49, loquitur de eo qui Officium divinum recitat dum se vestit. — Cajetanus autem, in 2am 2ae, qu. 83, art. 13, resp. ad 3, de eo qui orat dum se vestit.

d) Bonacina, loc. cit., n. 24, non loquitur de eo qui deambulando Missam audiret.

318. — ^{a)} Dicastillus consentit quidem, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 5, dub. 4, n. 56; limitatione tamen apponit n. 59 circa oratoria privata.

Privile-
gium istud,
strictè in-
terpretan-
dum.

cina¹, Suarez², Salmant.³ cum Palao, Laymann, Bassaeo, Tamburinio et alii passim, quod, licet privilegia, prout sunt favorabilia, late, immo latissime sint interpretanda; tamen privilegia illa, quae juri communi derogant (sicut est hoc), regulariter stricte interpretari debent, quia privilegium contra jus commune continet et importat dispensationem, quae semper est odiosa. Idque confirmatur ex reg. 28 juris, in 6^o, ubi dicitur: *Quae a jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. Dixi: regulariter; nam excipiuntur aliqui casus, quos recensuimus in Appendice de Privilegiis, posita Lib. I, post Tract. de Legibus. (Vide ibi n. 7).*

Dicunt autem Pignatellus et Pasqualigo, posse dominum, etiamsi per breve tempus maneret ruri, ut ibi privilegio oratorii: cum privilegium hoc sit personale. — Sed etiam hoc negandum, cum Roncaglia⁴; juxta verba ut supra relata indulti, ubi dicitur: *In privato domus tuae solitae habitationis oratorio. Domus autem rusticana, ubi per breve tempus dominus degit, nequit dici solitae habitationis.*

CLAUSULA II. Qui (ut asseris) de nobili genere procreatus existis.

Primo loco, hic advertendum cum Tamburinio⁵, quod, non verificata hac conditione nobilitatis, omnino corruit hoc privilegium. Quia, ex communi doctrina tradita a Sanchez⁶, cum non verificatur conditio, qua non existente, privilegium non concederetur, privilegium cessat: eo quod conditio illa tunc requiritur ut causa finalis et principalis concessionis.

Dicunt autem Pignatellus⁷, et Pasqualigo⁸ ac Clericatus⁹, apud Patrem a Brixia¹⁰, sufficere ad id quamcumque nobilitatem, sive ex genere, sive ex privilegio, sive ex dignitate aut gradu, vel alio

¹ Disp. 1, de Legib., qu. 3, punct. 7, § 1, num. 5. — ² De Legib., lib. 8, cap. 27, n. 5. — ³ Tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 79. — ⁴ Fal., tr. 3, disp. 4, punct. 10, n. 2. — ⁵ Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 23, num. 5. — ⁶ Bass., v. *Privilegium II*, n. 10. — ⁷ Ascan. Tambur., de Jure Abbat., tom. 1, disp. 16, qu. 5, n. 6; et disp. 18, qu. 6, n. 72. — ⁸ Pignat., tom. 6, consult. 98, n. 60. — ⁹ Pasqual., Quaest. mor. canon., cen-

modo. — Sed hoc negat praefatus Pater a Brixia, dicens, Pontificem principaliter ob nobilitatem moveri ad hoc privilegium alicui impertiendum; et ideo non praesumi, quod velit illud participari ab eo qui non sit realiter nobilis. De cetero ait Tamburinius⁸, hic censeri nobilem, qui per aliquot generationes artem mechanicam non exercuerit.

Hinc censeo, semper distinguenda esse loca; nam qui forte nobilis aestimabitur in aliqua civitate, non aestimabitur talis in alia.

CLAUSULA III. Ut in privato domus tuae solitae habitationis oratorio, in civitate N. existente, ad hoc decenter muro exstructo, ornato, ab omnibus domesticis usibus libero.

Nota 1^o verba: *Muro exstructo.* — Dicunt hic Lacroix⁹ et Tamburinius¹⁰, non esse opus quatuor muris cum janua, qui oratorium ab aliis dividant locis; sed posse pro quarto muro aptari tapetem aut telam, quae reseretur vel claudatur ad commoditatem audientium Missam.

Censem autem Pater Fortunatus a Brixia, non sufficere ampla armaria intra cavitatem parietis, qui lignea tabula post absolutum Sacrificium claudantur. Nulli dubium, quod hujusmodi oratoria decentius intra quatuor, vel saltem tres parietes, in separato cubiculo construerentur; sed ego novi praefata armaria in usu esse Neapoli; novique ab archiepiscopo approbari. — Et revera, hujusmodi oratoria sic formata non videntur, juxta tenorem indulti (ut supponit Pater a Brixia), esse vetita. Quia tabulae laterales satis gerunt vices parietum: modo tamen altare lignum ita sit parieti colligatum, ut non sit amovibile; juxta decretum S. C. Rituum, emanatum die 3 Decembr. 1661, quo dictum fuit: *Habens indultum... eri-*

In hoc, distinguenda loca.

Non requiri-
runtur qua-
tuor muri.

Sufficiunt
amplia ar-
maria.

modo al-
tare non sit
amovibile.

gendi oratorium privatum in propria domo, si quis voluerit ibi aedificare altare ligneum, non indiget facultate apostolica: dummodo altare ligneum cum sacro la- pide, parieti colligatum, amovibile non sit, et altaris portatilis imaginem non praeseferat^d.

Nota 2^o verbum: *Ornato.* — Omnes conveniunt, locum oratorii debere ita esse constructum, ut diversus discernatur ab aliis, ad profanos usus designatis: ut, ex ornatu, sacer appareat. Immo ait Pasqualigo¹, quod in his oratoriis splendidior requiritur ornatus, quam in ecclesiis: in quibus, cum adsit locus jam permanenter divino cultui dicatus, per se locus venerationem sibi advocat: sed cum id cessest in oratoriis privatis, ideo nitor ornatus venerationem supplere debet.

Nota 3^o verba: *Ab omnibus domesticis usibus libero.* — Dicunt Pasqualigo² et Tamburinius³ ex Sà⁴, quod, occurrente necessitate, sicut permittitur etiam in ecclesia consecrata comedere, dormire et similia agere; tanto magis ea permittenda in oratorio, quod solum ad tempus est ad sacram usum deputatum. — Addit Lacroix⁵, quod hujusmodi actiones, licet absque necessitate fierent, non excedunt culpam veniale. Docent enim DD., apud Bonacina et Suarez⁶, quod illae, etiamsi fierent in ecclesia consecrata, non sunt mortalia: nisi^e fierent constanter et per modum habitus, utendo ecclesia vel ora-

¹ De Sacrif. Miss., qu. 618, n. 3. — ² De Sacrif. Miss., qu. 618, n. 7 et 8. — ³ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, n. 9. — ⁴ V. Ecclesia, n. 3. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 266. — ⁶ Bonac., disp. 3, de 1^o Praec., qu. 6, num. 14, v. *Quinto*, et v. f. — ⁷ De Relig., tr. 2, lib. 8, cap. 6, n. 7. — ⁸ Loc. cit., n. 8. — ⁹ Tambur., loc. cit., n. 10. — ¹⁰ Castrop., tr. 25, de bull. Cruciat., punct. 6, n. 3. — ¹¹ Tr. 18, qu. 2, de Sacrif. Miss., num. 17.

P. Fortunato allegantur pro nobilitate hospitum dumtaxat, de quibus sermo redibit infra in 9 clausula.

^d Ita quidem apud P. Fortunatum a Brixia, cap. 1, n. 4, *animad.* 5. Et omnino quoad substantiam, sin minus quoad verba, consentit cum decreto ipso S. R. C., quod habetur in Collectione authentica decretorum hujus S. C., sub n. 1219.

^e Limitatio haec ex Lacroix desumpta est.

^f Sanchez, de Matrim., lib. 9, disp. 15, n. 26, negat ecclesiam violari aut sacrilegium esse, si copula habeatur supra ecclesiae tectum. — Glossa similiter, in cap. unic. de con-

torio tamquam quocumque loco profano. Quo tamen casu, censem Pasqualigo⁷ cum alijs, locum effici ineptum, et ideo cessare privilegium; saltem, ait Tamburinius, ex Castropalao, tunc locum indigere nova approbatione episcopi.

An autem sit illicetum supra tectum oratorii vel ecclesiae ponere lectos, aut alia profana exercere?

Negant Roncaglia⁸ cum Pignatello, et Croix⁹ cum Quarti, et Tamburinius¹⁰ ex Sanchez¹¹ et Glossa¹², dicentes quod abstineret ab his erit quidem de congruentia, non vero de praeecepto; qui enim supra tectum ecclesiae dormit, extra ecclesiam dormit. — De caetero, S. Carolus Borromeus in concilio quarto Mediolanensi, prohibuit ne supra ecclesiam, capellam aut oratorium, ubi Missa peragitur, locus sit in quo dormiatur aut habitetur, aut quidquam profani fiat. Sed Pater Gattico¹¹ censem quod, si alicubi aliter provideri nequeat ob angustiam domus privilegiati, in hac re aliquid indulgendum sit¹³.

CLAUSULA IV. Per Ordinarium loci prius visitando et approbando; ac de ipsius Ordinarii licentia, ejus arbitrio du-

ratura.

Oratorium debet quidem ab Ordinario visitari et approbari, ut aptetur in loco decenti; id vero, non nisi semel et gratis.

— Approbato autem oratorio, nequit deinde Ordinarius impedire, ne in eo celebretur¹⁴; prout decisum refert Barbosa¹⁵.

Et tunc in-
diget nova
approbatione.

Ponere
lectos, etc.
supra te-
ctum orato-
rii, licitum.

Oratorium
ab Ordina-
rio appro-
bandum.

Data ap-
probacione,
negavit im-
pediri cele-
bratio.

tur ex Diana; sed allegatio horum auctorum non est ad rem.

^c Pasqualigo, de Sacrif. Miss., qu. 622;

et Clericatus, de Euch. sacram., decis. 8, n. 32, affirmant utique de ipso privilegiato ea quae hic dicuntur. Sed auctores isti a

Quisnam
dicitur Or-
dinarius.

Nomine *Ordinarii*, veniunt tam vicarius generalis episcopi, quam capituli, sede vacante; ex Sanchez¹. — Potest autem episcopus etiam alteri hanc visitandi facultatem committere: cum haec facultas officio episcopali perpetuo sit adnexa. Sanchez² et alii passim.

Verba illa: *Ac de ipsius Ordinarii li-
centia, ejus arbitrio duratura, asserit Tam-
burinius³, non in omnibus indultis apponi;
sed ubi apponuntur, si Ordinarius revocet
licentiam, non potest quidem in oratorio
celebrari; tantum poterit ipse cogi ut con-
cedat, si neget injuste.* — Advertit tamen idem auctor⁴ ex Sanchez⁵, quod verbum *arbitrio* differt a libera voluntate; unde ait, non posse Ordinarium hujusmodi licen-
tiam revocare sine justa causa. Justa cau-
sa tamen existente, bene poterit celebra-
tionem suspendere: et non solum vi praefatae clausulae; sed etiam vi Tridentini⁶, ubi universe episopis tamquam delegatis apostolicis, data est potestas statuendi aut prohibendi quae ipsis visa fuerint circa celebationem Missarum.

CLAUSULA V. *Unam Missam pro uno-
quoque die, dummodo in eadem domo ce-
lebrandi licentia, quae adhuc duret, alteri
concessa non fuerit.*

Nota: *Unam missam; id est, unicam, ut declaravit⁷, quicquid alii dixerint, Be-
neditus XIV in bulla *Magno*.* — Vide dicenda super hoc punctum, Lib. VI, n. 359, v. *Notandum III*.

Per verba autem: *Dummodo in eadem
domo, etc., etiam si unus ex duobus domi-
nis haberet proprium oratorium in sua ha-
bitione separata (vulgo appartamento)
ejusdem domus, nulliter alter dominus
privilegium impetraret.*

Revocata
licentia non
potest cele-
brari.

Arbitrium
differt a li-
bera volun-
tate.

Ex justa
causa po-
test suspen-
di licentia.

Unica
Missa cele-
branda.

In una
domo, unus
tantum ha-
bet privile-
gium.

¹ De Matrim., lib. 3, disp. 29, n. 3 et seqq. — ² Loc. cit., disp. 31, n. 1. — ³ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, n. 14 et 15. — ⁴ Loc. cit., num. 16. — ⁵ Consil., lib. 7, cap. 1, dub. 55, num. 7 et 8. — ⁶ Sess. 22, decret. de obser-
vand. etc. in celebrat. Miss. — ⁷ Bened. XIV, Encycl. *Magno*,

rii privati a Summo Pontifice concessum, ut declaravit eadem S. C. C. in *Maceraten.*, die 26 Aprilis 1664; et habetur apud Pallottini, loc. cit., n. 47.

⁸ Idemque jam declaraverat S. C. C. in *Taurinen.*, die 26 Januar. 1669, negans posse celebrari Missas « ultra numerum praescri-
ptum in Litteris Apostolicis »; ut habetur apud

CLAUSULA VI. *Per quemcumque sacer-
dotem, ab eodem Ordinario approbatum,
saecularem, seu, de superiorum suorum
licentia, regularem.*

Quidam auctor apud Tamburinium⁹ putavit, per hanc clausulam, sacerdotes indigere speciali approbatione ad celebrandum in oratorio privato. Sed recte id negat Tamburinius; quia passim sacerdotes solent, tantum ex universali approbatione celebrandi, in predictis oratoriis Sacra facere.

CLAUSULA VII. *Sine tamen quorum-
cumque iurium parochialium pree-
dicio.*

Clausula haec importat, ut celebrantes nequeant in privatis oratoriis annuntiare matrimonia, jejunia et similia, ad parochos spectantia. — Importat etiam, ut non possint ministrare (quicquid dicat Tamburinius¹⁰) Eucharistiae sacramentum; sicut expresse prohibuit Benedictus XIV in quadam Encyclica ad episopos Poloniae. (Vide dicenda Lib. VI, n. 359, in fine, v. *Quaeres hic*). — Sacramentum au-
tem Poenitentiae, universe prescribitur in Rituali Romano, a nemine posse mi-
nistrari domi, nisi ex rationabili causa.

CLAUSULA VIII. *Paschatis Resurrec-
tione, Pentecostes et Nativitatis Domini no-
stri Jesu Christi, nec non aliis solemnio-
ribus festis diebus exceptis.*

Advertit Tamburinius¹¹ ex Gavanto¹⁰, nomine *Paschatis et Pentecostes* tantum primam diem intelligi, in qua revera solemnitas est. — Quinam autem dies sub-intelligatur pro rō solemnieribus; vide Lib. VI, n. 359, v. *Ex quo deductur 1*, ubi affertur decretum Sacrae Congregationis illos explicans¹².

de die 2 Junii 1751, § 19. — ⁷ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, num. 23. — ⁸ Tambur., loc. cit., num. 23. — ⁹ Loc. cit., num. 26. — ¹⁰ Bened. XIV, Encycl. *Magno*, § 23 et 24. — ¹¹ Loc. cit., num. 27. — ¹² Part. 1, tit. 20, v. f., v. *Sciendum quoque*.

eumdem Pallottini, loc. cit., n. 72. Cfr. etiam v. *Miss., § 8, n. 13.*

¹² Decretum cuius S. Alphonsus hic mentionem facit, non reperitur inter decret. authent. S. R. C.: aliud tamen de eadem re, et quidem authenticum, habetur sub n. 3896, quod declarat: « Illi per se sunt solemniores in casu, qui describuntur in Caeremoniali Epi-

CLAUSULA IX. *In tua, et natorum, ac
familiae tuae, nec non hospitum tuorum
nobilium praesentia, celebrari facere.*

Nomine *Tua*, omnino requiritur praesentia domini. — Olim Roncaglia¹ cum Barbosa² probabilem putavit opinionem, posse celebrari Missam assistente familia, quamvis dominus abasset: dicens, particulam ac (*in tua praesentia, et natorum, ac familiae*) intelligi pro vel. Alias (ait) non sufficeret praesentia domini, si abasset familia. — Sed hodie sancitum habemus a Benedicto XIV, in decreto incipiente: *Cum duo nobiles, non posse celebri in privato oratorio, nisi actu inter-
sit aliqua persona ex iis, quibus indultum principaliter concessum et directum est³.*

Nomine *Natorum*, dicunt Pignatellus² et Pasqualigo⁴, venire etiam filios illegitimos: modo sint nati ex certo patre, et de ipso constet. — Sed Pater Gattico⁴, et Pater Fortunatus a Brixia⁵ cum Barbosa⁶ tenant, venire tantum legitimos;

¹ Tr. 18, qu. 2, de Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 3, v. *Quinto*. — ² Tom. 6, consult. 98, num. 103. — ³ De Sacrif. Miss., qu. 654, num. 7. — ⁴ De Orator. domest., cap. 25, num. 4. — ⁵ Loc. cit., n. 102. — ⁶ Loc. cit., n. 5. — ⁷ Loc. cit., n. 6 et 7. — ⁸ Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, n. 31. — ⁹ Pelli, tr. 8, cap. 2, n. 149.

scoporum, lib. II, cap. 34, § 2, et de preecepto servantur». Hi vero sunt: dies Nativitatis D. N. J. C., Epiphania, Feria V in Coena Dñi, dominica Resurrectionis, Ascensio, dominica Pentecostes, Immaculatae Conceptio, Annuntiatio, Assumptio B. M. V., festum S. Joseph Sponsi B. M. V., festum SS. Ap. Petri et Pauli, festum Omnitum Sanctorum, Sancti titularis Ecclesiae et patroni; dies anniversarius dedicationis Cathedralis ecclesiae. — Si tamen occurrat aliquod ex dictis festis in aliam diem alicubi transferri, die qua celebratur officium transferenda vel translatae solemnitatis non subsistit prohibito celebrandi Missam in oratorio mere privatis, ut habetur in decret. authent. n. 3890, ad 1. — Denique prohibitum quidem esse, Missam celebrari in oratorio privato in festo patroni civitatis vel dioecesis; sed non in festo titularis parochiae, quod non inducit preeceptum audiendi Sacrum et abstinenti a servilibus; uti declaravit eadem S. R. C. suo decreto authent. n. 2802, ad 2.

¹⁰ Barbosa allegatur a Roncaglia dumtaxat pro interpretatione particulae copulativa et, quam profecto Barbosa, *Tract. var., Diction. usu frequent., dictio 110*, n. 37, dicit saepe pro disjunctione vel usurpari.

¹¹ Benedictus XIV, suo decreto *Cum duo nobiles*, die 7 Januar. 1741, confirmavit, et omnibus notam fieri jussit declarationem S. C. C. in una Marsicen., die 3 Decembr. 1740

non vero spurios nec naturales, donec hi legitimentur per subsequens matrimonium vel per auctoritatem Principis. Atque huic sententiae ego magis adhaereo, cum hujusmodi privilegium stricte sit interpretandum: prout probavimus in expli- cando clausulam I.

Nomine *Familiae* veniunt quidem tam consanguinei, quam affines.

Utrum autem *veniant omnes propinqui cujuscumque gradus?* — Affirmant Pignatellus⁵ et Pasqualigo⁶. Verumtamen Pater Gattico⁷ sentit, privilegium non extendi nisi ad quartum gradum; quia (ut ait) praesens disciplina, postquam impe- dimentum matrimonii ex carnali cognatione restrinxit ad quartum gradum, non respicit amplius ad gradus inferiores.

Praeterea, dicit Tamburinius cum Pelizzario, gaudere privilegio propinquos, etiamsi vivant propriis expensis et in se- paratis partibus; modo habitent in eadem domo. — Sed communius et verius id ne-

Gaudent e-
stiam propin-
qui usque
ad quartum
gradum.

Requiri-
tur praesen-
tia domini.

Celebrans
non indiget
speciali ap-
probacione.

Jura pa-
rochialia.

In oratorio
privato non
potest mini-
strari Eu-
charistia.

Poeniten-
tia potest
ex rationa-
bili causa.

Festa in
quibus non
celebratur
in oratorio
privato.

data, qua haec S. C. negaverat posse in oratorio privato celebrari Missae sacrificium in absentia domini, ac praesente sola familia. Vide Pallottini, v. *Oratorium*, § 2, n. 78, et Thesaur. Resolut., tom. 9, p. 2, pag. 89 et seqq. Et prosequens ipse Pontifex negat posse in oratorio privato Missam celebrari, « quando eidem Missae actu non intersit *aliquis* ex iis, quibus principaliter indultum concessum est ». Deinde addit: « Indultum vero, principaliter concessum intelligi iis tantum, quibus Breve dirigitur, nimis personis illis, quae a tergo eiusdem Brevis proprio nomine nuncupantur ». — Si tamen ad viaticum infirmo ministrandum, necesse foret celebrare in oratorio privato, posset sacerdos celebrare etiam indultario absente. Quaesitum enim fuit a S. R. C.: Cum parochus noverit sacram Viaticum difficilime porrigi posse infirmo morti proximo, nisi celebret in oratorio domestico, indulto apostolico erecto domui infirmi, quaeritur: Num possit a privato oratorio SS. Sacra- mentum deferre? et quatenus affirmative: Num in tali casu celebrare possit etiam indultario ab- sente? Et Sacra Congregatio respondit: « Af- firmative, etiam absente indultario ». Vide decret. authent., n. 2745, ad 7.

¹¹ Fortunatus a Brixia, cap. 3, n. 2, ani-
madv. 1, utramque opinionem afferit; non tam-
en explicat quamnam ipse amplectatur, ne-
que adducit Barbosam pro secunda sententia.

Modo vivant expensis indulta.
rii.

Hospes
unius diei
aut prandii
gaudet pri-
vilegio.

Secus, fa-
muli hospi-
tis.

Requisita
in familia-
ribus.

gant Pignatellus¹, Pasqualigo², Roncalgia³, Croix⁴) et Pater a Brixia⁵; quia ex indulto requiritur, ut cognati non solum degant in eadem domo, sed etiam ut sint de ejus familia.

Nomine tandem *Hospitum*, dicit Pater a Brixia⁵ cum Pellizzario et Gattico, admitti posse etiam hospitem (modo sit nobilis, juxta indulatum) unius diei; et adhuc qui ad prandium invitatur a privilegiato, ut de privilegio participet. — Non possunt tamen de eo gaudere hospitis famuli, cum non sint de privilegiati familia.

CLAUSULA X. *Volumus autem, quod familiares, servitio tuo tempore dicto actu non necessarii, ibidem Missae hujusmodi interessentes, ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de praecerto minime liberi censeantur.*

Ut ergo familiares privilegio oratorii gaudent, requiritur 1^o ut vivant expensis domini, et ejus servitio incumbant, ex cap. *Sicut nobis, fin., de verbor. signif., in 6^o.* — Requiritur 2^o ut actu ipsi sint necessarii servitio domini. — Requiritur 3^o ut actu sint necessarii, non solum aliquando intra diem, sed tempore quo Missa

¹ Tom. 6, consult. 98, n. 95. — ² Qu. 649, n. 2. — ³ Tr. 18, qu. 2, de Sacrif. Miss., cap. 5, qu. 3, v. *Sexto*. — ⁴ Cap. 3, n. 2, animadv. 3. — ⁵ Loc. cit., n. 3, animadv. 2. — *Pelliz.*, tr. 8, cap. 2, n. 150. — *Gattic.*, cap. 25, n. 30. — ⁶ Cap. 3, num. 4, animadv. 1. — *Gattic.*, loc. cit., num. 20. — ⁷ Tom. 6,

celebratur. Ita recte Pater a Brixia⁶ cum Gattico; idque patet ex verbis indulti.

Censet autem Pignatellus⁷, quod familiares *utiles servitio*, habendi sunt pro necessariis; idque admittit Pater Gattico⁸, saltem casu quo famuli sint necessarii convenienti decori domini. — Sed neutrum concedit Pater a Brixia, ex principio plures supra repetito: quia privilegium hoc stricte et juxta rigorosam proprietatem verborum est interpretandum. Tantum admittit cum Gattico⁹, unicum famulum, qui reputetur moraliter necessarius, ut assistat domino in iis, quae tempore Missae ei occurruerit possunt.

Familiares autem cognatorum non gaudent hoc privilegio: nisi assumantur ab ipso privilegiato, ut assistant (et sint necessarii modo praedicto) cognatis qui sunt sub cura privilegiati.

Dubitatur 1^o. *An gaudeant famuli, viventes quidem expensis domini, sed habitantes extra ejus dominum?*

Negant Bonacina¹⁰, Barbosa¹¹, Lezana¹² et Gobat, apud Croix¹³. — Sed affirmant Pater Mazzotta¹⁴, Pellizzarius¹⁵; Pater Gattico apud Patrem a Brixia¹⁶; et Palaus¹⁷,

consult. 98, n. 107. — ⁸ Loc. cit., n. 19 et 20. — ⁹ Fortun. a Brixia, loc. cit., animadv. 4 et 5. — ¹⁰ Gobat, Quinar., tr. 5, cap. 42, num. 170. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, num. 272. — ¹² Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 3, qu. 4. — ¹³ Tr. 8, cap. 2, n. 149. — *Gattic.*, loc. cit., n. 13 et 14. — ¹⁴ Cap. 3, n. 4, animadv. 3.

¹⁰ Croix, lib. 3, part. 1, n. 627, perspicue rem innuit, dicens gaudere isto privilegio omnes eos de familia, « qui habitant in domo privilegiati cum quadam habitudine ad illum... habitantes cum illo ».

¹¹ Fortunatus a Brixia, loc. cit., anim. 7, dicit plures famulos admitti posse, « si justa adsit causa, puta aetatis vel infirmitatis ». — Itemque Gattico, cap. 25, n. 22, plures concedit famulos.

¹² Bonacina, quem ex Gobat Croix adduxit, non est ad rem; nam, *disp. 8, de Ordine, punct. 4, n. 18*, uti citat Gobat, loquitur de privilegio, quo gaudent episcopi ordines conferendi suis familiaribus; in *Repertor.* autem, v. *Familiares*, explicat in universum quinam veniant nomine familiarium; et in utroque casu dicit familiares intelligi eos, qui expensis alicuius continuae aluntur, et commensales existunt. — Lezana, *Sum.*, tom. 2, cap. 16, n. 1, querit quidnam in familiaribus regularium requiratur ad hoc, ut iisdem privilegiis fruantur ac ipsi regulares; et pariter requirit, ut cohabitent et sint quasi commensales.

¹³ Palaus, tr. 25, disp. un., punct. 6, n. 6, ita quidem docet, loquens de privilegio quo quis vi bullae Cruciatæ, potest Sacrum tempore interdicti in oratorio privato cum familia audire.

Famili-
ares cogni-
torum non
gaudent pri-
vilegio.

Famili-
habitan-
tes extra do-
num.

Diana¹⁸, Quarti et alii, apud Croix¹⁹. Quorum sententia non videtur reprobanda, si familiares illi assistant continuo servitio domini, et revera (ut diximus) sint domino necessarii tempore Missae.

Dubitatur 2^o. *An omnes extranei, audi-
entes Missam in oratorio privato, satis-
facent praecerto?*

Affirmat Busenbaum, cum Azor et aliis.

— Sed merito opinionem hanc rejiciunt Tamburinius²⁰, Sporer²¹, Mazzotta²² et alii, ex verbis indulti, ubi dicitur: *Volumus autem, ut qui non sunt de familia, non censeantur liberi ab obligatione audiendi Missam in ecclesia.*

Nec obstat dicere quod extranei illi jam Missam audiunt, et de loco non adest praecemptum. Verba enim illa, *volumus, etc.*, ajunt apponi de stylo curiae, pro tempore quo olim Missa audienda erat in parochia. — Sed recte respondet Tamburinius, quod Pontifex, dicendo *volumus, etc.*, satis clare imponit praecemptum etiam de loco: jubendo, ut qui non sunt de familia teneantur audire Missam, non jam in parochia, sed in ecclesia publica, excluso oratorio privato²³.

Dubitatur 3^o. *An aliquando teneatur dominus uti privilegio oratorii, si non possit ecclesiam adire?*

Quarti, part. 3, tit. 10, sect. 3, dub. 11, v. *Collig. 5*. — ¹⁸ Lib. 6, part. 2, n. 272. — *Busenb.*, vide n. 318. — *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 6, qu. 8. — ¹⁹ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 4, § 4, n. 34. — ²⁰ Tr. 3, cap. 4, n. 24, i. f. — ²¹ Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 3, § 3, qu. 4. — ²² Tambur., loc. cit., n. 36. — ²³ De Sacrif. Miss., qu. 662, n. 3. — ²⁴ Cap. 21, num. 629.

¹⁸ Diana, part. 9, tr. 1, resol. 27, de eodem casu ac Palaus disputat; sed part. 4, tr. 4, resol. 208, de privilegio oratorii privati loquens, dicit sub nomine familie in dicto privilegio venire « omnes servos et servas commensales, qui in ministerio ejusdem familie sunt ». Minus igitur recte videtur adduci a Croix.

¹⁹ Haec S. Alphonsi sententia conformis est declarationi S. C. C., quae, die 30 Martii 1686, negavit praecerto satisfieri ab iis, qui Missam audiunt diebus festis in oratorio privato auctoritate apostolica erecto, et ab episcopo approbato, si non sunt de comprehensis in indulto apostolico. Vide Pallottini, v. *Oratorium*, § 2, n. 79; cfr. etiam v. *Missa*, § 8, n. 13.

²⁰ Nuñez et Pasqualigo de solo privilegiato loquuntur; Gattico autem et Fortunatus, de obligatione providendi etiam aliis de familia. Et hoc sensu auctores a Fortunato citantur.

Videtur negandum; quia, si tenetur uti suo privilegio, privilegium redderetur onerosum.

At merito affirmant teneri dominum, si commode sacerdotem habere potest, Pasqualigo²⁵, Gattico²⁶ et Pater Fortunatus a Brixia²⁷: non quidem ex vi privilegii, sed ex vi praecerti, quod obligat ad Missam audiendam omnes, qui illud sine gravi incommodo implere valent.

Hinc (ut etiam recte ait Pater a Brixia²⁸ cum Nuñez, Pasqualigo et Gattico) tenetur privilegiatus, si commode potest; providere de sacerdote, non solum sibi, sed etiam aliis de familia²⁹, si quis eorum nequit ad ecclesiam accedere.

Probabile autem est, quod satisfaciat quicunque audit Missam in *littore* aut in *castris*. — Croix³⁰ cum Bonacina et caeteris DD. citatis.

Notandum hic, quod oratoria in dominibus episcoporum, religiosorum vel missionariorum privilegiatorum, vel alibi erecta et benedicta ab episcopo, cum janua in via (intellige hoc pro dominibus laicorum), illa non sunt jam oratoria privata, sed verae ecclesiae. Quare in iis audientes Missam bene satisfaciunt, et in quibuscumque festis³¹. — Vide Croix³². Et vide *Tract. de Euch.*, Lib. VI, ex n. 357.

Dominus aliquando tenetur uti privilegio.

Item pro-
videre de
sacerdote.

Audiens
Missam in
littore vel
castris sa-
tisfacit.

In orato-
rio publico
vel semipub-
lico omnes
satisfaciunt.

²⁴ Operaem pretium ducimus hic exscribere ea quae Leo XIII fel. rec., per S. R. C., die 23 Januar. 1899 de oratoriis semipublicis decrevit:

« Oratoria semipublica ea esse, quae, etsi in loco quodammodo privato, vel non absolute publico, auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen non fidelium omnium nec private tantum personae aut familie, sed aliquibus communitatibus vel personarum coetus inserviunt. In his, sicut auctoritate Ordinarii sacrosanctum Missae sacrificium offerri potest; ita omnes qui eidem intersunt, praecerto audiendi Sacrum satisfacere valent. Hujus generis oratoria sunt quae pertinent ad seminaria et collegia ecclesiastica; ad pia instituta, societas votorum simplicium, aliasque communites sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis; ad domus spiritualibus exercitiis addictas; ad convictus et hospitia juventutis litteris, scientiis aut artibus insti-

DUBIUM IV.

An sit obligatio audiendi Missam in parochia,
dominicis et festis majoribus.

Nulla obli-
gatio au-
diendi in pa-
rochia.

320. — « Resp. Iº. Etsi id quidem decens sit, non tamen est obligatio. Est communis auctorum (quos vide superiore Dubio, casu ult.), et, ut ait card. Lugo¹, certa: etsi Marchant^{a)} in dubium vocet, scrupulumque movere conetur.

Ratio est 1º. Quia nullum exstat ea de re paeceptum. — 2º. Quia cap. *Ut dominicis* jubetur parochus ante Missam ejicere eos, qui, proprio parocho contempto, istic Missam audire vellent: ergo, sine contemptu (formali) licet. — 3º. Quia can. *Si quis etiam, de consecr. jubentur ii*, qui habent oratorium domi, in majoribus festivitatibus audire Sacrum in parochia, vel in civitatis. — 4º. Quia *universalis* fidelium, et ipsorummet etiam parochorum doctorum, et confessariorum (qui poenitentes hac de re non interrogant) consuetudo id non tantum (ut loquitur Marchant^{b)}) insinuat, sed manifeste docet. — 5º. Quia Tridentinum^{c)} tantum dicit, populum

deberi moneri (non autem teneri), ut frequenter adeat parochias, saltem dominicis et festis majoribus. — Vide Fagundez, Lugo, Barbosa, Cenedo, Trulench^{d)}.

321. — « Neque obstant, quae Marchant objicit, ut:

1º. Quod jura antiqua decernant contrarium; eo quod Sixtus IV^e praecipiat, ne Mendicantes praedicent, non teneri audire Missam in parochia, dominicis et festis. — Nam imprimis ex illo Sixti decreto nihil sequitur: cum is non dicat teneri; sed tantum prohibeat, ne publice praedicetur non teneri. Cum enim honestissimum sit populum audire Missam in parochia, idque suadere deceat; nomine deceret id (publice praesertim) disuadere: nam inde scandala et proprii parochi contemptus sequi possent; et hoc est quod Sixtus cavere voluit. — Deinde, esto antiqua forsitan aliqua iura id habeant; eis posterioribus temporibus.

Objectionibus satisfit.

¹ De Euchar., disp. 22, num. 2. — ^a Resolut. pastor., de Euchar., cap. 7, in princ. — ^b Sess. 22, de Observ. etc. in celeb. Miss. — ^c Fagund., de 1º Praec. Eccles., lib. 2, cap. 3, a n. 8. — ^d Lugo, loc. cit., n. 2. — ^e Barbosa, in Trid., sess. 22, cap. 8, de Sacrif. Miss., n. 31. — ^f Cenedo, Collectan. ad jus can., part. 2, collectan. 104. — ^g Lib. 3, cap. 1, dub. 6, num. 4. — ^h Marchant, loc. cit., cap. 7, init. — ⁱ Extrav. com. *Vices illius*, de treuga et pace.

tuendae destinata; ad nosocomia, orphanotrophia, nec non ad arces et carceres; atque similia oratoria, in quibus ex instituto aliquis christifidelium coetus convenire solet ad audiendum Missam. Quibus adjungi debent capellae in coemeterio rite erectae, dummodo in Missae celebratione non iis tantum ad quos pertinet, sed aliis etiam fidelibus aditus patet. — Voluit autem Sanctitas Sua sarta et tecta iura ac privilegia oratoriorum, quibus fruuntur Eñi S. R. E. Cardinales, Rñi Sacrorum Antistites atque Ordines Congregacionesque regulares. Ac praeterea confirmare dignata est decretum in una *Nivernen.*, die 8 Martii 1879. Decreta authentica S. R. C., num. 4007. Cfr. etiam *ibid.*, num. 2832. — Praeterea idem Pontifex, die 8 Junii 1896, ex S. R. C. sententia, privilegium concessit quibuscumque episcopis cum Apostolica Sede communionem habentibus sive dioecesanis sive titularibus: « Ut deinceps... eodem privilegio condecorentur, quo fruuntur Patres Cardinales, scilicet ut non solum ipsi in pro-

priae habitationis oratorio, aut super ara portatili, ubicumque degant, Missam facere aliamque in sui commodum permittere valeant; sed etiam fideles omnes alterutram ex eisdem Missis audientes, quoties opus fuerit, praecepcionem Ecclesiae adimplant ». Decret. authent. S. R. C., n. 3906.

320. — ^{a)} Quidquid dicat Busenbaum, Marchant nullum scrupulum movet, nec revocat in dubium hanc doctrinam. Etenim *Resolut. pastor., de Euch.*, cap. 7, assert obligacionem, iure communi, olim fuisse Missam parochialem audiendi, sed subdit: « Interim, cum usus et consuetudo fidelium jam aliud insinuet, non censentur peccato obnoxii, qui alibi audierint ». Quibus sic dictis, vult nihilominus monendos esse fideles, ut frequenter ad suas parochias accedant, propter fructus non exiguos et praerogativas Missae parochialis. Quae cum fuse exposuerit, concludit: « Ob haec igitur et plura alia ad parochiam suam debet populus frequens convenire, et ad id etiam serio ac crebro commovendus est ».

bus, per varia privilegia receptamque consuetudinem universalem est derogatum. Card. Lugo, et caeteri auctores citati.

« Nec obstat 2º. Quod multos canonistas eam opinionem secutos asserit. — Esto enim olim quidam sic senserint; hoc tamen tempore, post tot et tam ampla privilegia, post tam claram et diuturnam consuetudinem, post Eminentiss. Cardinalium declarationes, et ipsorum etiam Pontificum nota decreta contraria (ut vide sequenti Resp.): an aliqui id docent, nescio.

« Nec 3º. Locus Tridentini, paulo ante in Resp. citatus, quem objicit: ut patet ex ipsis verbis, et declaratione Eminentiss. Cardinalium, auctorumque comuni explicatione ».

Episcopus nequit cogere ad Missam parochiale.

322. — « Resp. IIº. Episcopus non potest censuris, multis aliisque poenis cogere ad audiendum Missam in parochia. — Est contra Marchant¹, ubi ait: Regulares ita communiter respondere, ut prius privilegia et antiquas consuetudines: dummodo id in contemptum parochialium ecclesiarum non faciant; et tam dictis Fratribus Predicatoribus, ac presbyteris dictae Societatis, quam aliis priuilegiatis, quibus id a Sede Apostolica indultum est, idoneis tamen et ab Ordinatione approbat, peccata sua, etiam quadagesimali, et paschal, et quovis alio tempore, confiteri lucite posse, etc.

« Ratio autem est, quia, ut ait Navarus, episcopus non potest tollere (nec restringere) jus commune et generale totius orbis consuetudinem. — Ita docent, praeter auctores supra citatos, S. Antoninus^{a)}, Silvester^{b)}, Toletus^{c)}, Laymann^{d)}, etc., et communiter omnes theologi et canonistae moderni. Afferturque Azor^{e)} et card. Lugo^{f)}, pro hac sententia, declarationem Cardinalium in Tridentinum, quae expresse habet: Non posse Ordinarium multis et poenis cogere ad audiendum Missam, vel concionem in propria parochia, etiam in casu

Lugo, de Euchar., disp. 22, n. 2. — ¹ Resolut. pastor., de Euchar., cap. 7, post. med., v. *Sed queritur*. — ^a Navar., Man., cap. 21, num. 5, v. *Excusatur*. — ^b V. *Missa II.*, qu. 5. — ^c Lib. 4, tr. 7, cap. 3, n. 2, post. med. — ^d Part. 1, lib. 7, cap. 6, qu. 6. — ^e Loc. cit., num. 2. — ^f In Trid., sess. 22, cap. 8, num. 31, et sess. 24, de Reform., cap. 4,

322. — ^{a)} S. Antoninus, part. 2, tit. 9, cap. 10, § 1, dub. 3, istam opinionem expressis verbis non habet; ita tamen de hac re scribit: « Si tamen dioecesanus hoc praecepisset, scilet audiri [Missam] in propria parochia, obedientum esset... Male tamen faciunt episcopi

negligentiae et contumaciae. — Et si quis his duobus, tamquam regularibus, minus fidat, legere potest eamdem declaratio nem apud Barbosa in Trident. ^{b)}; item, *Tractatu de Officio et Potestate parochi*, ubi eamdem sententiam Barbosa ipse sequitur, et pro ea supra viginti auctores celebres, partim theologos, partim canonistas, qua regulares, qua non regulares citat. Vide ejusdem *Remissio nes in Tridentinum*, impressum Antver piae, anno 1644 ^{c)}, et Zerola ^{d)}.

« Idem disertis verbis confirmat Cle-

In ecclesia
regularium
satisfit pae-
cepto.

mens VIII anno 1592, 27 Decembr., de creto suo, circa hanc ipsam controversiam Duaci excitatam; quo eam dirimit, his verbis: *Praesenti nostro decreto sanctimus, licere saecularibus Christique fidibus universis, Missas diebus dominicis et festis aliis majoribus audire in ecclesiis tam Fratrum Praedicatorum, quam aliorum Mendicantium, nec non etiam Collegii Societatis Jesu, iuxta eorum privilegia et antiquas consuetudines: dummodo id in contemptum parochialium ecclesiarum non faciant; et tam dictis Fratribus Predicatoribus, ac presbyteris dictae Societatis, quam aliis priuilegiatis, quibus id a Sede Apostolica indultum est, idoneis tamen et ab Ordinatione approbat, peccata sua, etiam quadagesimali, et paschal, et quovis alio tempore, confiteri lucite posse, etc.*

« — Quod si vero dicta privilegia, et alia similia, clarissimi cognoscere lubet, inspicciatur (ut alia taceam) *Compendium Priorum privilegiorum Societatis Jesu*, ubi, praeter Leonis X, clara sunt verba Pauli III in *extravag.* data anno 1549, 15 kalend. Novembr., quae incipit: *Licet debitum; qua omnibus Christi fidelibus cuiuscum-*

a num. 15. — ^{b)} Barbosa, de Off. et Potest. parochi, cap. 11, a n. 18. — ^{c)} Prax. episc., part. 2, v. *Parochia, § Tertio*; et part. 1, v. *Missa*, ad 6. Cfr. etiam Pallottini, v. *Regulares*, § 8, n. 27 et seqq; et v. *Episcopus*, § 7, n. 79 et seqq. — ^{d)} Leo X, breve *Exponi nobis*, de 3 Decembr. 1518; breve *Intelleximus*, de 13 Novembr. 1517, in Bullar. Rom. Mainardi.

in tollendo pias consuetudines cum scandalis populorum ».

^{e)} Toletus, lib. 6, cap. 7, n. 1, male allegatur a Busenbaum; hoc enim non habet.

^{f)} Est idem opus quoc modo citatum est ab ipso Busenbaum.

« que conditionis, qui verbi Dei praedicationis, in templis ejusdem Societatis interfuerint, concedit, ut ibidem Missas audire, et Sacraenta recipere libere et licite valeant; neque ad id ad parochiales ecclesias accedere teneantur ^{a)}.

« Porro, ne quis miretur tam ampla privilegia regularibus concessa a variis Pontificibus, placebit inspicere eorum bullas; in quibus reperiet motiva gravissima. — Aut, si nec inspicere lubet, recogit saltem, Deum ipsum Innocentio III (dum vidit Ecclesiam Lateranensem jam ruituram) ostendisse, eam sustentari a S. Dominico et S. Franciscu. Consideret quod, sicut olim in variis orbis plagas, et in ipsam Germaniam, doctrina Christi translata est opera regularium; ita, sine eorum subsidio, conservata diu non fuisse, vel saltem minus floruisse. — Et denique, ne regularibus succenseat quisquam, quod pri- vilegia sua tueantur, sciendum est, quod sine consensu Sedis Apostolicae iis res nuntiare aut cedere non possunt¹; immo, etsi faciant, irritum fore, et peccaturos: quia injuriam inferrent Ordini et Ecclesiae toti ».

323. — « Nunc ad argumenta Marchantii breviter respondeo.

« I^r. Afferit auctoritatem cuiusdam Patris Capuccini, qui *Parochianum obedientem* scripsit. — Et huic quidem, me paulo ante sat multas gravesque auctoritates opposuisse existimo.

« II^r. Ait, quorundam episcoporum primum esse contrariam; eamque fundari in jure antiquo, et novo Tridentini², ubi dicit, teneri unumquemque parochiae suae interesse, ad audiendum verbum Dei et rudimenta fidei: haec autem, in plerisque locis ruralibus, docentur in Missa: ergo etiam ad Missam possunt compelli.

« Resp. 1^r. Praxim istam (sicubi est) paucorum esse, et contrariam praxi com-

¹ Cap. Cum tempore 5, de arbitris. — ² Sess. 22, de observ. etc. in celebr. Miss.; et sess. 24, de Reform., cap. 4. — ³ Sess. 24, de Reform., cap. 4. — ⁴ De Euchar.,

« muni episcoporum in omnibus regnis et provinciis, et insuper Praesulis summi.

« 2^r. Praxim istam, nec fundari in jure antiquo, cum illi (si quod fuit) per pri- vilegia sit derogatum, et abrogaverit consuetudo. — Nec in novo. Tum, quia Tridentinum³, loquendo de concionibus et catechesi, nullam facit mentionem Missae; et in poenalibus non valet illatio. Tum, quia Tridentinum expresse addit (quod Marchantius in sua citatione omittit, cum tamen ad rem plurimum faciat): *ubi commode id fieri potest*. Tum, quia nec illam quidem obligationem, quoad conciones, esse receptam, ostendit universalis Ecclesiae consuetudo; eo quod forte regulariter *commode fieri non poterat*, ut notat card. Lugo⁴. Neque catechesis communiter docetur in Missa; nisi forte in pagis, ubi rarius contendunt regulares cum parochis de re praesenti.

« Denique nescio an non episcopi de quibus loquitur, ex numero forte sint eorum, de quibus Pius V in bulla *Etsi mendicantium* queritur, quod, etsi episcopi Ordines Mendicantes merito colere et adjuvare deberent, non solum id negligant; verum etiam, concilii Tridentini verbis in pravum sensum detortis, eos incommodis et perturbationibus afficiant.

« III^r. Citat decreta synodi Leodiensis et Namurcensis; subjungitque: *Quis vero haec audeat condemnare, et Patres [istius] synodi, inter quos multi docti theologi fuerunt?*

« Resp. Decreta ista (et si quae forte sunt similia) intelligenda esse, ne cum contemptu proprii parochi audiant Sacrum extra parochiam: aut, si quem sensum alium habent, non esse recepta, vel usu abrogata. — Ita auctores citati communiter. Videri potest card. Lugo⁵, Barbosa⁶ et Zerola⁷; et dignissimus lectu libellus Francisci Fontani, concionatoris

disp. 22, n. 2. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ De Off. et Potest. parochi, cap. 11, a num. 18. — ⁷ Praxis episcop., part. 2, v. *Parochia, § Tertio*; et part. 1, v. *Missa*, ad 6.

^{a)} Sensus hujus brevis fideliter quidem hic refertur; non tamen sunt verba ipsius

textus; cfr. breve *Licet debitum*, § 18, quod reperies in Instituto Societatis Jesu.

« regii, cuius titulus: *Responsa ad quae-sita cujusdam primarii praelati, etc., ex-cusus primum gallice Nanceii anno 1625, postea vero latinitate donatus, et recu-sus Viennae Austriae, typis Michaelis Rictii, anno 1634.*

« Mitto rationes caeteras, quibus fre-quentationem parochiae (sine obligatione tamen) persuadere conatur; cum eam, ut-

« pote honestam imprimis atque decentem, minime improbare, sed erroneam tan-tum conscientiam impedit intendam: ne videlicet, cum persuasione obligationis, parochialia; vel cum apprehensione pec-cati, regularium tempora frequententur ».

Benedictus XIV¹ ostendit (contra Juenin et Van-Espen), nunc non esse obliga-tionem audiendi Missam in parochia.

DUBIUM V.

Quae excusent ab auditione Sacri.

324. Quae sint causae excusantes. — An habens privilegium oratorii teneatur conducere sacerdotem. — 325. Quomodo excusentur navigantes, vel carcerati, vel infirmi, aut excommunicati. — 326. An excusentur custodientes domos, etc.; vel timentes carcerari, aut assistentes infirmis. — 327. An uxores, filii, et famuli timentes offenditionem dominorum. — 328. An aliquando viatores. — 329. Quae distantia ab ecclesia excusat ab audienda Missa. — 330. An excusentur feminae ratione luctus vel partus, vel quia non habent vestes convenientes. — Et an puellae praegnantes; vel tempore quo faciendae sunt proclamations pro ipsis. — 331. An possit omittere Sacrum puella sciens ab aliquo turpiter concupisci. — 332. An excusat amissio magni lucri. — An aliud bonum spirituale majus. — An peregrini, ad breve tempus commorantes, teneantur audire Missam in loco ubi est de paecepto.

324. — « Resp. Duae sunt causae: qua-rum altera si adsit, non teneris curare celebrari privatim in portatili cum pri-vilegio; neque (etsi id consili sit) preces interim alias, loco Missae, dicere: ut ha-bet Navarrus², Suarez, Filliucci³.

Prima causa est *impotencia*, vel sim-pliciter vel moralis; aut difficultas ex-notabili incommmodo proprio vel proximi, corporis vel bonorum, vel etiam hono-ris, quia haec est mens Ecclesiae, praeci-pientis instar discretae et benevolae matris. — Bonacina⁴, Navarrus, Filliuc-cius⁵, Suarez⁶.

Secunda causa est quodcumque mo-tivum *rationabile*, quo quis bona fide putat se excusari. — Vide Suarez⁷, Lay-mann et Bonacina⁸.

¹ De Synodo, lib. 11, cap. 14, a num. 7. — Juenin, de Sacram., diss. 5, qu. 7, cap. 2, art. 2. — Van Espen, part. 2, tit. 5, cap. 2. — ² Man., cap. 21, n. 7. — Suarez, de Sacrif. Miss., disp. 88, sect. 6, num. 5, v. *Secundum*. — ³ Tr. 5, n. 224. — ⁴ Disp. 4, de Euchar., qu. ult., punct. ult., n. 1 et seqq. — ⁵ Navarr., Man., cap. 21, n. 8. — ⁶ Loc. cit., n. 224 et seqq. — ⁷ Loc. cit., v. *Secundum* et seq. — ⁸ Loc. cit. — Laymann, lib. 4, tr. 7, cap. 4, n. 3. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Lib. 3, part. 1, n. 675. — ¹¹ Tr. 5, de Sacrif. Miss., cap. 6, n. 68. — ¹² Tr. 2, disp. 1, qu. 4, cap. 3, § 2. — ¹³ Id est Croix, (edit. Zaccaria) loc. cit. — ¹⁴ Suarez, loc. cit., v. *Tertium* et

¹⁵ Quartum. — Azor, part. 1, lib. 7, cap. 7, qu. 1. — Pal., tr. 22, punct. ult., n. 4 et 5. — Filli., tr. 5, n. 226 et 227. — Tanner, tom. 3, disp. 5, qu. 6, num. 35 et seqq. — Diana, part. 4, tr. 4, resol. 80. Cfr. etiam part. 9, tr. 1, resol. 19. — ¹⁶ Lib. 3, part. 1, num. 676. — ¹⁷ Tr. 5, cap. 6, num. 62. — Suarez, loc. cit., v. *Secundum*. — Merolla, disp. 6, cap. 8, dub. 22, n. 132. — Escob., tr. 1, exam. 11, cap. 4, num. 97, (edit. Lugd. 1644); al. num. 76 (edit. Lugd. s. d.). — Pellia, tr. 8, cap. 2, n. 154. — ¹⁸ Loc. cit., n. 676. — ¹⁹ Loc. cit., n. 61. — Pal., tr. 22, punct. ult., n. 8. — ²⁰ Trull., Expos. bull. S. Cruciat., lib. 1, § 3, dub. 6, n. 9.

Causa me-dio-criter gravis ex-cusat.

Gaudens oratorio non tenet sacerdotem conducere.

Etiamsi, iuxta alios, Missa dica-tur gratis.

324. — ^{a)} Filliucci, tr. 5, n. 224, loqui-tur quidem de sacerdote stipendiario; sed una

ex rationibus quas ipse adducit, valet etiam pro casu, quo sacerdos gratis celebraret. « Quia,

non teneri Missam audire, si alias erat excusatus. Quia privilegium datur ut favor, non ut onus; et ideo nemo tenetur uti privilegio suo; nam aliter privilegium redderetur gravosum. — Probabilis tamen teneri dicunt Continuator Tournely¹; et Croix² cum Lugo, Tamburinio et communiori, ut asserit. Ratio, quia, licet non teneatur quisque uti privilegio suo; tenetur tamen satisfacere praecepto, dum potest sine notabili incommode. — Et idem dicendum puto cum Tournely, si cum modo stipendio possis conducere sacerdotem; quia quisque tenetur leve pati incommode, ut praecesto satisfaciatur.

« Unde resolves:

325. — « 1º Excusantur, qui sunt in navigatione vel carcere. Item, in morbo, vel convalescentia in qua obsit prodire foras. Item, qui sunt in excommunicatione vel interdicto; de quo suo loco ». Item, si modo stipendio ha- beat sacer- dotem.

Infirmi, quando ex- cussentur.

Infirmi excusantur, quando prudenter timent non leve damnum, vel moram notabilem ad convalescendum. Ita communiter doctores: Cajetanus^a, Sotus^a, Suarez, Navarrus et alii cum Salmant.^b; et

^a Decal., cap. 8, de 3 Praec., art. 2, sect. 1, concl. 4, v. 2 Cum eodem. — ^b Lib. 3, part. 1, num. 676. — Lugo, de Euchar., disp. 22, n. 14 et 17. — Tambur., Decal., lib. 4, cap. 2, § 2, num. 4. — Contin. Tourn., loc. cit. — Suar., de Sacrif. Miss., disp. 88, sect. 6, num. 5, v. Secundum

inquit, dicere sic Missam est edictum praeter canones, et non adeo decens; in quo casu nemo cogitur suo privilegio uti ».

325. — ^a Cajetanus et Sotus in generali dumtaxat loquuntur, licet eos Salmant. ex Leandro afferant pro sententia hic exposita. Cajetanus enim, *Sum.*, v. *Festorum violatio*, scribit pro rationabili excusationis causa haberi: « omne motivum rationi humanae consentaneum, etiam si non fuerit urgens ». — Sotus vero, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, v. f.: « Illos excusari, inquit, qui legitimo impedimento cohibentur, ut infirmi ».

^b Sanchez, *Consil.*, lib. 7, cap. 2, dub. 45, n. 3, disputat de officiis divini recitatione; ejusque opinionem de ea re Gobat transtulit ad praesentem materiam.

^c Suarez, *de Relig.*, tr. 4, lib. 4, cap. 28, n. 20 et 21, ut ipse Gobat animadvertisit, de horis canonicas loquitur, et consentit, dicens in hoc dubio petendam esse dispensationem; quodsi vero superior adiri nequeat, tutiorem partem regulariter esse sequendam, et officium recitandum, nisi practice deponi possit dubium.

Elbel^d. — Apud quem, Gobat cum Sanchez^e excusat etiam eum qui aegra valitudine laborans, timeret exeundo notabile gravamen capitum, virium lassitudinem, cruditatem, etc.

Sed quid, si dubium sit, an incommode sit leve vel sufficienter grave? — Standum est consilio medici, aut superioris, aut parochi, vel alius viri prudentis. Et etiam suo iudicio potest acquiescere infirmus, si prudenter ita judicet.

Sed quid, si adhuc, consilio petito, maneat dubius?

Suarez^c dicit tunc petendam esse dispensationem. — Sed Palaus^d, Gobat, Bonacina^e apud Croix^f, et Salmant.^e, dicunt absolute non teneri ad Missam; quia, stante periculo gravis damni, praeceptum Ecclesiae tunc non possidet adversus infirmum. Et idem sentit Lugo^f. Saltē (ait Gobat), tunc judicandum est, Matrem Ecclesiam in tali casu non obligare: vide Croix^g. Et est valde probabile cum Mazzotta^h.

Excommunicatus vel interdictus non peccat, omittendo Missam, et sic pariter

^d Palaus, tr. 22, punct. ult., n. 4, quamvis a Gobat pro officiū recitatione invocetur, hoc tamen non habet.

^e Bonacina, *de Horis can.*, disp. 1, qu. 6, punct. 1, n. 5, a Gobat allegatus, concordat, disputans de horis canonicas. At, *de Euch.*, disp. 4, quaest. ult., punct. ult., n. 3, loquitur de casu praesenti, et dicit: manente hoc dubio, « non potest domo exire » ad audiendum Sacrum. — Idemque tenent Salmant., tr. 5, cap. 6, n. 59, negantes posse domo exire, ne se exponat gravioris morbi periculo. Cui doctrinae videtur accedere S. Alphonsus in *Hom. Apost.*, dum ibi, tr. 6, n. 39, scribit: « In tali dubio praevalet jus naturale conservandi salutem ».

^f Lugo non citatur a Gobat pro hoc casu. Sed Gobat asserit primo praeceptum in possessione esse; regulam tamen possessionis locum non habere, quando ex eius observatione aliquis incurrit in discrimen damni notabilis; tunc enim non est amplius par causa; et Gobat addit: « Hanc solutionem repertis alii casui applicatam a card. de Lugo, in *Consil. moral.*, lib. 1, dub. 4, n. 3.

etiamsi negligatur ab soluto,

nisi ex proposito negligatur,

aut facile possit obtineri.

Dubius de gravi incommode, stet consilio prudentis.

Dubio persistente, non tenetur ad Missam.

Excommunicatio, carcer, etc. excusantur.

carceratus; etiamsi negligatur absolutiō nem vel libertatemⁱ, quia isti non obligantur auferre impedimenta remota. Est commune contra paucos, apud Salmant.^j, cum Navarro, Suarez, Azor, Bonacina, Sà, Palao, etc. — Modo, bene advertunt Sporer^k et Elbel^l, ipsi non ideo ex proposito negligant liberationem, ne teneantur ad Missam. Immo, probabilis dicunt Bonacina^m et Trullenchⁿ, ac Continuator Tournely^o, ipsos non excusari, si de facili possent absolutionem aut libertatem obtinere, et negligunt; quia quisque tenetur cum levi incommode tollere impedimenta, ut gravi praecesto satisfaciatur.

326. — « 2º Item, qui custodiunt castra, « urbem, gregem, infantes, (vel puerum, « qui in templo quietus, et sine perturbatione aliorum contineri non potest), vel « domum; aut aegris solatio sunt, aut co- « quere debent, et similia curare quae « omitti non possunt. — Bonacina, Co- « ninck^p ».

Excusantur igitur custodientes domos vel greges. Ex communi, cum Laymann^q,

ⁱ Tr. 5, cap. 6, n. 53. — *Navar.*, Man., cap. 21, n. 3. — ^j *Suar.*, de Sacrif. Miss., disp. 88, sect. 6, n. 2, v. *Prima*. — *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 7, qu. 1. — *Bonac.*, disp. 4, de Euchar., qu. ult., punct. ult., n. 23. — *Sà*, v. *Missae auditio*, n. 3. (edit. correcta). — *Pai.*, tr. 22, punct. ult., n. 2. — ^k Tr. 3, cap. 4, n. 26. — ^l In 3 Praec., n. 365. — ^m Decal., cap. 3, de 3 Praec., art. 2, sect. 1, concl. 4, v. *Sed hic quaedam*. — *Bonac.*, loc. cit., a num. 5. — ⁿ Lib. 4, tr. 7, cap. 4, n. 3. — ^o Tr. 22, punct. ult., n. 6. — ^p Disp. 4, de Euch., qu. ult., punct. ult., num. 6 et 7. — ^q Tr. 5, cap. 6, n. 68. — ^r Loc. cit. — ^s Lib. 3, part. 1, n. 686. — *Stephan.*, a *S. Paulo*, tr. 5, disp. 4, dub. 16, n. 102. — *Gobat*, tr. 5, n. 494. — ^t Loc. cit., n. 5. — ^u Loc. cit., n. 72. — *Suar.*, loc. cit., num. 7. — *Trull.*, lib. 3, cap. 1, dub. 7, num. 5. — ^v Loc. cit., num. 389. — *Laym.*, loc. cit., num. 3. — ^w Loc. cit., n. 689.

Palao^g, Continuator Tournely^h, Bonacinaⁱ et Salmant.^j. — At, si sint plures custodes, et una dicatur Missa, debent alternatim eam audire. Ita Salmant.^k cum Suarez^l, Navarro^m, Bonacinaⁿ, Laymann^o, Coninck^p, etc.

Et ita pariter, si a viro vel uxore manendum sit domi ad custodiam; non protest vir cogere illam, ut semper domi maneat: cum sit socia, non famula, quae e converso cogi posset. Sed etiam posset dominus manere domi quandoque, ut famula audiret Missam; nam istius utilitas dominum excusaret. Ita Croix^q, cum Stephano et Gobat.

Pari modo excusantur ab audiendo Sacro matres, quae non habent domi cui relinquant parvulos sine periculo; et contra, non possent eos adducere in ecclesiam sine notabili adstantium perturbatione. Ita Bonacina^r, et Salmant.^s cum Suarez, Trullench; et Elbel^t cum Laymann, etc. communiter.

Probabiliter excusatur etiam, qui timet carcerari si ecclesiam audeat. — Croix^u

Quid, si sint plures custodes.

Uxor nequit cogi ut semper domi maneat. Quid de herbo et famula.

Mater custodientis parvulum excusatur.

Item, qui timet carcerem.

sane enim: « Bubulci et ovium custodes, nisi alius ferat omnimoda necessitas, pecora domi continere possunt per tempus Missae, aut aliam adire Missam in vicinis pagis, si possunt, etiam cum aliquo ordinarii somni dispendio ».

^c Suarez, *disp. 88, sect. 6, n. 7, v. Quintum*, brevius loquitur, dicens pastores excusari, « quando per alium munus suum supplere non possunt ». — Navarrus autem, *lib. 2, de feriis, consil. 5*: Custodibus ovium, inquit, praecipiendo est, ut ita inter se conveniant, quod possint audire Missas a se necessario audiendas ».

^d Bonacina, *loc. cit.*, n. 6, ait pastores debere sese « vicissim juvare, ita ut unus ecclesiam audeat, altero custodiente gregem; eo vero redeunt, alter ad Missam accedat, modo [nota] supersit alia Missa dicenda ».

^e Laymann, non satis accurate citatur a Salmant.; asserit enim dumtaxat, *loc. cit.*, n. 3, excusari eos, « qui domum vel gregem custodire debent ne damnum inferatur ». — Coninck pariter hic male citatur a Salmant., sicut supra male citatus est a Busenbaum.

cum Henriquez, Dicastillo et Gobat; ac Zaccaria¹.

Assistens
infirmito ex-
cusatur.

Excusatur etiam, qui nequit Missam audire, quin relinquat infirmum sine assistentia ad cibum sive ad remedia praestanda; vel quin infirmus, relictus ab illo, gravem turbationem patiatur. Ita Palaus, Dicastillus, Filiuccius^f, Sotus^g, etc. cum Salmant.^h Et hoc, etsi adesset alius assistens, sed infirmus putaret illius assistentiam esse sibi necessariam, et alias gravem pateretur tristitiam. Ita Pasqualigo apud Croixⁱ, et Mazzotta^j.

327. - « 3^o. Item, cui periculum est gravis offensionis mariti, parentum vel dominorum. Henriquez^a, Suarez, Filiuccius^b. - Si tamen id fere semper fieret, de alio medio laborandum esset ».

Excusantur famuli, quando eorum ministerium est communiter necessarium, et omittere nequeant sine gravi incommodo dominorum; debent tamen mediocrem diligentiam adhibere, ut Missam non omittant. Ita Suarez^c, Palaus^d, Tournely^e; et Salmant.^h cum Coninck et Dicastillo. - Immo notat Croixⁱ cum Palao, Bonacina, Azor, cum Salmant.^k; Mazzotta^l, quod minime peccant domini, si tempore Missae precipiant famulis quae nequeant differri juxta communem vivendi modum (intelligendum, sine notabili ipsorum dominorum incommodo). - Et tunc sane excusantur etiam famuli, si tempore Missarum, sint occupati in obsequio actuali et necessario; ut ait Sporer^m cum Salmant., etc., ut supra.

Sic pariter excusatur uxor, si ex accessu ad ecclesiam timeat gravem indignationem viri iracundi vel zelotypi; securus, si levem. Communiter Palaus, Suarez, Bonacina, Azor, cum Salmant.^k; Maz-

Henrig., lib. 9, cap. 25, num. 10. - *Dicast.*, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 5, dub. 10, § 4, n. 187. - *Gobat*, tr. 5, num. 501. - ¹ Id est *Croix*, (edit. Zaccaria) lib. 3, part. 1, num. 689. - ^f *Pal.*, tr. 22, punct. ult., n. 5. - *Dicast.*, loc. cit., dub. 10, § 4, num. 189. - ² *Tr.* 5, cap. 6, num. 76. - *Pasqual.*, de Sacrif. Miss., qu. 1829, num. 3. - ³ *Lib.* 3, part. 1, n. 680. - ⁴ De 3 Praec., cap. 3, § 2, vers. *Tertio*. - *Suar.*, de Sacrif. Miss., disp. 88, sect. 6, n. 6. - *Bonac.*, de Euchar., quæst. ult., punct. ult., n. 9. - *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 7, qu. 1. - ¹⁴ *Loc.* cit., n. 67.

molestia seu vigilia, non autem cum notabili diminutione somni.

At si ministerium non sit ita necessarium, domini procul dubio peccant, si famulos impedian Sacrum audire. - Ipsi autem famuli tenentur tunc audire, adhuc contra domini jussum: nisi gravem indignationem timeant; vel nisi statim et de facili non possent alium dominum invenire: ut bene ait *Croix*^c, cum *Palao*^c. Quicquid dicant Sporer¹⁰, et Salmant.¹¹ etc., sentientes famulos per aliquot vices semper excusari.

Notat autem Mazzotta¹², quod minime peccant domini, si tempore Missae precipiant famulis quae nequeant differri juxta communem vivendi modum (intelligendum, sine notabili ipsorum dominorum incommodo). - Et tunc sane excusantur etiam famuli, si tempore Missarum, sint occupati in obsequio actuali et necessario; ut ait Sporer¹³ cum Salmant., etc., ut supra.

Sic pariter excusatur uxor, si ex accessu ad ecclesiam timeat gravem indignationem viri iracundi vel zelotypi; securus, si levem. Communiter Palaus, Suarez, Bonacina, Azor, cum Salmant.^k; Mazzotta¹², quod minime peccant domini, si tempore Missae precipiant famulis quae nequeant differri juxta communem vivendi modum (intelligendum, sine notabili ipsorum dominorum incommodo). - Et tunc sane excusantur etiam famuli, si tempore Missarum, sint occupati in obsequio actuali et necessario; ut ait Sporer¹³ cum Salmant., etc., ut supra.

Sic pariter excusatur uxor, si ex accessu ad ecclesiam timeat gravem indignationem viri iracundi vel zelotypi; securus, si levem. Communiter Palaus, Suarez, Bonacina, Azor, cum Salmant.^k; Mazzotta¹², quod minime peccant domini, si tempore Missae precipiant famulis quae nequeant differri juxta communem vivendi modum (intelligendum, sine notabili ipsorum dominorum incommodo). - Et tunc sane excusantur etiam famuli, si tempore Missarum, sint occupati in obsequio actuali et necessario; ut ait Sporer¹³ cum Salmant., etc., ut supra.

n. 7. - ⁷ *Loc.* cit., n. 6. - ⁸ *Loc.* cit., n. 74. - *Coninck*, de Sacram., qu. 83, n. 315. - *Dicast.*, loc. cit., § 5, n. 214. - ⁹ *Loc.* cit., n. 685. - *Pal.*, loc. cit., n. 6. - ¹⁰ *Tr.* 3, cap. 4, n. 34. - ¹¹ *Loc.* cit., n. 75. - ¹² De 3 Praec., cap. 3, § 2, v. *Sexto*. - ¹³ *Tr.* 3, cap. 4, n. 34. - *Salmant.*, tr. 5, cap. 6, n. 74. - *Pal.*, tr. 22, punct. ult., n. 4, v. *Secundo*. - *Suar.*, de Sacrif. Miss., disp. 88, sect. 6, n. 6. - *Bonac.*, de Euchar., quæst. ult., punct. ult., n. 9. - *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 7, qu. 1. - ¹⁴ *Loc.* cit., n. 67.

^f) *Filiuccius*, tr. 5, n. 227, non loquitur de casu quo infirmus gravem turbationem patetur; in reliquis vero concordat.

^g) *Sotus*, quem *Salmant.* nimis fidentes a Dicastillo mutuati sunt, id non habet in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1.

327. - ^a) *Henriquez*, lib. 9, cap. 25, n. 10, de solo marito loquitur, et concordat.

^b) *Continuat.* Tournely, de 3^o Praec., art. 2, sect. 1, concl. 4, Prob. 3, non ita clare loquitur; postquam enim excusavit famulos, « quibus per dominos non licet adire ecclesiam », istud tandem his verbis limitat: « Qui dominis impiis serviunt quaeritare debent religiosiores, qui non negent tempus exercendae pietatis sufficiens; neque hic excusaret lucri majoris intuitus; si enim alibi habent alimenta et quibus teguntur, contenti esse debent... Quodsi servi..., quorum fundus totus est labor, a dominis quibus necessario adhaerent

distineantur, quo tempore vel officio vel sacris cæchesibus interesse oportet, utique immunes erunt, modo mentem quo meliori poterunt modo erigant ad coelestia ».

^c) *Croix*, lib. 3, part. 1, n. 685, de hoc casu ita loquitur: « Famuli... excusantur saltem pro aliquot vicibus, si sine gravi incommodo detrectare non possint; si autem tale impedimentum non ordinarium neque per se necessarium foret continuum, tenerentur deserere talern dominum ». - *Palaus* pariter, tr. 22, punct. ult., n. 6: « Si vero necesse sit, inquit, aut dominos deserere aut gravem iram et dominorum turbationem sustinere, excusari possunt ». Monet tamen quod si hoc impedimentum Missae audiendae frequens fuerit et quasi per consuetudinem, obligatos esse enacta opportunitate herum deserere et alium querere, cui inserviendo, præcepta Ecclesiae servare possint ».

Seclusa
necessitate,
berus et fa-
mulus pec-
cant.

Limitatio.

Viator,
quando ex-
cusetur.

Gravis in-
dignatio vi-
ri raro ex-
cusat ux-
orem.

Pater po-
test tenere
filium clau-
sum.

zotta¹ et *Elbel*². - Sed hoc raro admittendum.

Ex justa causa, notat *Croix*³, cum Tamburino et Fagundez, posse patrem detinere filium domi clausum in poenam, etsi Missam non audiat. Idem ait *Elbel*⁴ - Recte etiam excusatur, cum Continuatore Tournely⁵, qui omitteret Missam ad reparandas⁶ rixas aliorum aut furta alienorum bonorum.

328. - « 4^o. Item, si quis alioqui omis-
surus esset occasionem commodam iti-
neris, v. gr. socios, cum viam ignoret
vel pericula metuat. Alias vero, tenetur
ad Missam ante iter vel in itinere. -
« Suarez⁶, Rodriguez^a, Bonacina^b.

Pro distantia excusantis, alii assignant tria milliaria nostrata, alii duo, alii unum. Sed hoc judicandum ex circumstantiis personae, temporis, etc.; ut Busenbaum, Viva, Salmant., ex communi. - Ordinarie tamen, milliariis distantia non excusat; ut bene ait *Croix*¹⁴. Sed Dicastillus^e, apud ipsum, non obligat mulieres nobiles et teneras ad 1500 passus; obligat vero alias mediae sortis et rusticas ad longius spatium. - E converso, Salmant.¹⁵ cum Suarez, Palao, Trullench, Filiuccio, etc. (qui bus adhaerent Zaccaria¹⁶, ac *Croix* cum

¹ De 3 Praec., cap. 3, § 2, v. *Sexto*. - ² In 3 Praec., num. 369, sub 3. - ³ Lib. 3, part. 1, num. 688. - ⁴ Tambur., Decal., lib. 4, cap. 2, § 2, n. 4. - ⁵ Fagund., Decal., lib. 4, cap. 1, n. 2. - ⁶ Loc. cit., n. 380. - ⁶ De 3 Praec., art. 2, sect. 1, conclus. 4, prob. 2, v. *Hinc* 2. - ⁷ Loc. cit., sect. 6, n. 5, v. f. - ⁷ Loc. cit., n. 6. - ⁸ *Suar.*, disp. 88, sect. 6, n. 5. - ⁹ Dicast., de Sacrif. Miss., disp. 5, dub. 10, § 4, n. 178. - ¹⁰ *Gobat*, tr. 5, n. 496. - ¹¹ Loc. cit., n. 682. - ¹² *Tr.* 5, cap. 6, n. 69. - ¹³ Loc. cit., n. 383. - ¹⁴ Loc. cit. - ¹⁵ Loc. cit. - ¹⁶ Loc. cit., n. 687.

^a) Id est ad praecavendas vel coercendas rixas.

328. - ^a) Rodriguez, *Sum.*, part. 1, cap. 123, n. 9, brevius dicit excusari « itinerantes cum bona societate, quam amitterent si demorarentur ».

^b) Bonacina non satis accurate a Salmant. allegatur; id enim loc. cit., n. 6, non habet.

^c) Suarez rem breviter indicat, loc. cit., ubi negat sufficientem videri causam omittendi Missam: « Solum amittere comites viae, si nullum aliud incommodum adjungatur »; excusari autem si comites, quos amitteret, sint sibi « ob aliquam gravem causam » necessarii.

329. - ^a) Bonacina, loc. cit., n. 12, requirit sex aut septem milliarum distantiam; sed subdit in hac re dijudicanda, opus esse « prudenter, habita ratione loci, temporis et personae », ita ut tempore nivis aut magna pluviae, satis sit duorum milliarum distantia ».

^b) Suarez, loc. cit., n. 5, ab audienda Missa excusat, « si necessarium... sit longum iter,

DUB. V. - QUAE EXCUSENT AB AUDITIONE SACRI.

longae viae auferet taedium: quod certe videtur grave incommodum, vel saltem est conjunctum cum periculo gravis incommodi; ut Tamburinus, Suarez^c, Dicastillus, Gobat, Henriquez, apud *Croix*¹⁸.

^{329.} - « 5^o. Si sit gravis difficultas eundi ad ecclesiam ob distantiam, v. gr. unius vel alterius milliaris germanici, vel etiam minoris spatii: maxime si via sit molesta, coelum pluvium. Ubi habenda est ratio personarum, loci, temporis et con-suetudinis. - Bonacina^a, Suarez^b, Filiuccius^c, Marchant^d ».

Magna dis-
tancia excu-
sat.

Quanta es-
se debeat.

v. g. unius leucae peditem conficere; idemque est, quamvis non sit tanta distantia, tamen est aliqua notabilis, et aliunde tempestates ingruunt et pluviae, ita ut prudenter rem considerando, notabile censeatur detrimentum ».

^c) *Filiuccius*, tr. 5, n. 226, requirit pro pedite trium milliarum; vel etiam, cum pluvias, tempestate, etc., duorum distantiam, « ita ut, consideratis circumstantiis personae, loci et temporis, prudenter judicetur notabile dampnum ».

^d) Jacobus Marchant, *Resolut. pastor.*, de celebrat. Miss., cap. 6, qu. 1, cas. 7, excusari affirmat, « si oportet multum itineris cum gravi labore conficere. Ut si quis pedes debeat ire ad duas horas tempore turbido et pluvio; vel etiam ad unam, tempore ventis et tempestate pleno ».

^e) Dicastillus a *Croix*, loc. cit., allegatur, quasi obliget ad 1500 passus mulieres mediae sortis; ipse tamen Dicastillus, tr. 5, disp. 5, dub. 10, § 4, n. 185, ita obligat « generaliter

Diana^f), Gobat et Fagundez) dicunt quod regulariter excusat distantia leucae sive trium milliarum: id est (ut Croix), unius bonae horae seu 5 quadrantum iter pedibus agentes; et minus, si esset molestia nivis, imbris vel alia causa. Et idem tenet Mazzotta^g, dicens absolute, quod distantia trium milliarum omnes excusat.

330. - « 6°. Si ex consuetudine patriae « feminis egredi non soleant tempore luctus, vel etiam post partum. — Silvester^a, Cajetanus et Filiuccius¹ ».

Luctus
excusat vi-
duas.

Quanto
tempore.

Excusant igitur viduae ratione luctus; ut Sporer^b et Elbel^b; ac etiam filiae et sorores, ut addit Mazzotta cum Suarez^c. — Sed talem consuetudinem (ajunt Filiuccius^d, Villalobos^d et alii), non esse extendendam usque ad mensem a morte viri. Mensem tantum permisit S. Carolus Borromaeus in concilio primo Mediolanensi. Quamvis, si alia esset consuetudo in aliquo loco, non esse damnamdam de peccato gravi docent Palaus, Dicastillus et Filiuccius, cum caeteris apud

Gobat, tr. 5, num. 486. - *Fagund.*, de 1^o Praec. Eccles., lib. 2, cap. 9, n. 10. — *Croix*, loc. cit. — *Cajetan.*, Sum., v. *Festorum violatio*. — ¹ Tr. 5, n. 229. — *Mazzott.*, de 3 Praec., cap. 3, § 2, v. *Demum excusat.* — *Concil. Mediolan.*, Constitut. part. 2, cap. 5, v. *Viduae.* — *Pal.*, tr. 22, punct. ult., n. 7. — *Dicast.*, tr. 5, disp. 5, dub. 10, § 6, n. 219. — *Fill.*, tr. 5, n. 229. — ² Tr. 5, cap. 6, n. 82. — ³ Loc. cit. - *Pal.*, loc. cit., n. 7. — ⁴ Loc. cit., num. 81. — *Pal.*, loc. cit., n. 7. — *Suar.*, disp. 88, sect. 6, num. 8. — *Navar.*, Man., cap. 21, n. 3. — *Henrig.*, lib. 9, cap. 25,

loquendo, tempore hyemis aut aestus ». Sed si « pluit aut ningit notabiliter », ne viros quidem et rusticas mulieres obligat ad assistendum Sacro, si iter mediae leucae vel 1500 passuum eis esset conficiendum.

^f Diana ita quidem citatur a Croix; ipse vero, part. 10, tr. 15, resol. 35, hanc a se allegatam sententiam non dijudicat, tametsi ei suffragari videatur, scribendo: « Non videatur concedendum quod eadem distantia sufficiat pro itinere pedestri ac equestri: nam in itinere equestri minus laboratur; unde ego puto quod saltem distantia unius leucae et mediae sit necessaria ad excusandum auditionem Missae ».

^g Mazzotta, de 3^o Praec., cap. 3, § 2, v. *Hinc excus.*, rem clare significat, dicens excusari aliquem: « per tria milliaria, vel per duo, aut etiam aliquando per unum, attenta circumstantia personae, pluviae, aestus et alias circumstantiarum ».

330. - ^a Silvester, v. *Missae II*, qu. 2, de solis viduis tempore luctus loquitur.

Salmant.² — Illae tamen, quae e domo jam egrediuntur ad alia, non sunt excusandae; ut recte notant Salmant.³ cum Palao.

Alicubi etiam ex consuetudine virginis excusantur a Missa, ne in publicum exeant: Salmant.⁴ cum Filiuccio^e, Palao et Suarez; — qui tamen, cum Azor^f et ceteris, merito advertit talem consuetudinem moderandam esse, quoad fieri potest.

« 7°. Si quis non habet vestes statui suo convenientes. — Navarrus, Henriquez, Sà, Azor, Bonacina⁵ ».

« 8°. Si quae ex occulta fornicatione praegnans metuat, ne id advertatur, si prodeat. — Laymann⁶ ».

Bene excusantur, cum Busenbaum et Elbel⁷, mulieres non habentes vestes decentes juxta suum statum, vel famulum aut sociam; sine quibus magno rubore suffunderentur, ut ait Mazzotta⁸. Sed merito advertunt Salmant.⁹, Ledesma, Suarez, Filiuccius, Dicastillus, Palaus, etc.,

n. 10. — *Sà*, v. *Missae auditio*, num. 3. — *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 7, qu. 1. — ⁵ De Euchar., qu. ult., punct. ult., num. 8. — ⁶ Lib. 4, tr. 7, cap. 4, num. 3. — ⁷ De 3 Praec., n. 367. — ⁸ De 3 Praec., cap. 3, § 2, v. *Quinto*. — ⁹ Tr. 5, cap. 6, num. 64. — *Petr. de Ledesma.*, Sum., de Sacram. Euchar., cap. 27, concl. 16, excus. 3, vers. *Hac etiam.* — *Suar.*, de Sacrif. Miss., disp. 88, sect. 6, num. 5. — *Fill.*, tr. 5, n. 226, v. *Tertio.* — *Dicast.*, tr. 5, disp. 5, dub. 10, § 4, num. 175 et 176. — *Pal.*, tr. 22, punct. ult., num. 4, v. *Tertio*.

^b Sporer, tr. 3, cap. 4, n. 35; Elbel n. 384, id concedunt, non quidem universali, sed in aliquibus locis, ubi viget consuetudo.

^c Suarez, falso a Mazzotta allegatus, non loquitur, loc. cit., n. 8, de sororibus et filiabus, sed solum de viduis.

^d Filiuccius, loc. cit., n. 229, negat extendendam esse hanc licentiam ultra mensem. — Idemque tenet Villalobos, part. 1, tr. 8, diff. 36, n. 8, addens in hoc attendendam esse consuetudinem, in specie pro mulieribus nobilibus.

^e Filiuccius, loc. cit., addit: « Est tamen potius improbanda, praelest in festis solemnibus ». — Cui consentit S. Alphonsus in *Hort. Apost.*, tr. 6, n. 42, ubi ait: « Nulla autem ratione potest licita reputari illa consuetudo (ut melius dicam abusus), qua puellae, ne in publicum exeant, ab audizione Sacri se abstinent ».

^f Azor, etsi a Salmant. citatur pro hac limitatione, eam tamen non habet.

Nisi egre-
diantur ad
alia.

Virgines
alicubi ex-
cusantur.

Puerilae,
quarum ma-
trimonium
publicatur.

Non ha-
bent vestes
de centes
statui, ex-
cusatur.

Limitatio.

Puerpera
excusatur.

non esse excusandas ab audienda Missa valde mane, si possunt; aut in ecclesia remota, ubi populus non concurrit. — Idem dicitur de puella in honeste praegnante, si posset in aliquo loco occulte et sine nota Missam audire^g. Ita communiter, cum Busenbaum supra, Elbel¹, Continuator Tournely²; et Palaus, Laymann, Reginaldus, etc. cum Salmant.³

Sic etiam possunt aliquando excusari puellae, quae ab ecclesia exeunt quando fiunt proclamationes pro earum matrimoniiis: etsi ideo omittant Sacrum, si ob id notabilem verecundiam pati debeant. Ita Elbel⁴. Idemque sentit Sporer^h de mulieribus nobilibus. — Hoc autem raro et difficile puto admitti posse; at si revera puella ex hoc tantum ruborem pateretur, ut magnum incommodum subiret, eo casu non improba. Croix vero⁵ absolute tales puellas excusat, ubi adest hujusmodi consuetudo.

Pariter consuetudo excusat puerperas, domi se continentes post partum per ali-

¹ De 3 Praec., n. 367. — ² De 3 Praec., art. 2, sect. 1, concl. 4. — *Pal.*, tr. 22, punct. ult., n. 4, v. *Tertio.* — *Laym.*, lib. 4, tr. 7, cap. 4, n. 3. — *Regin.*, lib. 19, n. 16. — ³ Tr. 5, cap. 6, n. 64. — ⁴ Loc. cit., n. 384, sub 2. — ⁵ Lib. 3, part. 1, num. 690. — *Sporer*, tr. 3, cap. 4, num. 35. — *Elbel*, loc. cit., sub 3. — ⁶ Loc. cit., — ⁷ Loc. cit., sub 3. — ⁸ Loc. cit., n. 79. —

^g Non omnes auctores hic allegati eo modo exponunt suam de hoc casu sententiam; Reginaldus loquitur fere ut Busenbaum supra; Contin. Tournely et Laymann simpliciter excusant mulieres in honeste praegnantes, quae nequeunt absque pudore et infamia templum adire.

^h Sporer, tr. 3, cap. 4, n. 35, dicit aliquibus in locis excusari puellas nubiles tempore consulariorum.

331. — ^a Laymann, lib. 2, tr. 3, cap. 13, n. 10, haec habet: « Accidere potest casus, licet raro, ut mulier debeat etiam festo die auditionem Missae intermittere; si propter circumstantias brevi tempore mutandas intellegat infirmum adolescentem lapsurum esse in aspectu ipsius ».

^b Sporer, tr. 5, cap. 1, n. 29: « Femina, inquit, sciens determinatam personam ex aspetto suo scandalizari, potest una aut altera vice domi se continere, omisso Sacro... Et certum est non teneri abstinere saepe vel ad longum tempus ».

^c Valentia, in 2am 2ae, disp. 3, qu. 18, punct. 4, reg. 3, v. *Secundo sequitur*, dicit teneri ad omittendum Sacrum, sed addit: « Non tamen teneretur perpetuo, etiam aut

quod tempus (v. gr. per sex hebdomadas ex communi usu, ut testantur Sporer et Elbel), etiam postquam convaluerint. Ita Sporer⁶, Elbel⁷, et Salmant.⁸ cum Palao⁹. — Non vero excusant mulieres ob menstruum. Salmant.¹⁰.

331. — « ⁹°. Si quae sciret alteri, a quo « perdite amaretur, secuturam occasio- nem peccati, si prodiret. — Sà, Filiuc- cius¹¹ ».

Quaestio magna est: *an puella, sciens ab aliquo turpiter concupisci, possit omittere Missam?* — Tres sunt sententiae.

Prima, quam tenet Laymann^a, Sporer^b, Valentina^c, Lopez^d, apud Salmant.¹², dicit posse; et bis vel ter etiam teneri omittere. — *Secunda*, cum Palao et Henriquez, dicit, teneri audire Missam, non obstante ruina alterius: quae illi voluntarie evenit. — *Tertia*, cum Mazzotta^e, qui asserit communem cum Suarez, Sà^f, Filiuccio, Bonacina, Sanchez^g, etc., apud Salmant., docet, posse quidem omittere ad evitandum proximi damnum: sed non te-

Puella
sciens se
turpiter
concupisci.

Potest, et
bis vel ter
tenetur o-
mittere Sa-
crum.

Probabi-
liter tenetur
audire.

Probabi-
liter potest,
sed non te-
netur omi-
tttere.

per unum annum carere perpetuo Sacro; nam id esset intolerabile ».

^a Lopez, *Instruct. consc.*, part. 1, cap. 57, v. *At praedicta*, vult puellam istam teneri ad omittendam Missam semel vel bis; sed « ultra unam vel duas vices, aut ad summum tres, jam mulier tenetur, non obstante tali scandalo, prodire ad Missam de praecerto audiendum ».

^b Mazzotta, de 3^o Praec., cap. 3, § 2, v. *Dubium est*, dicit: « Posse (saltem si id saepius non accidat) Missam omittere... ; sed ad id non teneri ». Et hanc sententiam *communi- niorem appellat*.

^c Sà, v. *Missae auditio*, n. 3, dicit excusari eo casu; unde videtur admittere quod non teneretur omittere Missam.

^d Sanchez citatur quidem a Salmant. pro hac sententia, sed ex Leandro; at ipse, *Decal.*, lib. 1, cap. 6, n. 16 et 17, non disputat de hoc praecerto, sed in genere quaerit: « An femina conspectu viri se offerens, a quo se turpiter amari novit, peccet mortaliter peccato scandali, quando nullatenus eum ad sui amorem provocare intendit ». Et quamvis probabilem reputet opinionem, quae asserit eam mortaliter peccare, si id absque necessitate

neri, quia utitur jure suo, et damnum illa sua culpa patitur.

Hae sententiae omnes sunt probabiles; sed prima, probabilior. Ratio, quia praeceptum naturale de vitando scandalo, preferendum est positivo de audienda Missa. E converso, quia caritas non obligat cum gravi incommodo, non tenetur puella abstinere a Missa plus quam semel vel iterum. Vide dicta *de Caritate*, Lib. II, n. 51 et 53.

332. — Quaeritur hic in fine: *An amissio notabilis lucri excusat ab auditione Sacri?*

Negant Salmant. ¹. — Sed satis probabiliter affirmant doctus Pater Holzmann ², Viva ³, Mazzotta ⁴, Elbel ⁵ cum Anacleto ⁶, Diana ⁷, etc., Tamburinius ⁸; cum Azor, Bassaeo, apud Croix ⁹. Ob eamdem rationem, qua diximus supra n. 301, excusari qui, ne amittat extraordinarium lucrum, laborat die festivo: ex ratione generali, quia praecpta ecclesiastica non obligant cum gravi incommodo. Idem tenet Gobat, qui excusat pauperem, etiam ob lucrum unius ducati; et duorum, alium tenuis fortunae. — Et injuste Salmant. ⁸ rejiciunt praedictam secundam sententiam: cum alibi ⁹ cum Suarez, Palao, Bo-

¹ Tr. 23, de 3 Praec. decal., cap. 1, num. 345. — ² De Praec. decal., num. 528, i. f. — ³ De Praec. decal., qu. 9, art. 3, num. 7, v. *Quarto*. — ⁴ De 3 Praec., cap. 3, § 2, v. *Quarto*. — ⁵ De 3 Praec., n. 368. — ⁶ Decal., lib. 4, cap. 2, § 2, num. 7. — ⁷ Azor, part. 1, lib. 7, cap. 7, qu. 1. — ⁸ Bass., v. *Missa IX*, n. 3. — ⁹ Lib. 3, part. 1, n. 681. — *Gobat*, tr. 5, n. 492 et 498. — ¹⁰ Tr. 23, cap. 1, n. 345. — ¹¹ Tr. 5,

nacina ^c, etc., non negent excusari viatorem, qui, ne amittat solas expensas quas sperat a socio, Sacrum omittit.

Utrum autem excusetur, qui in sabato venatum iret, ubi Missam audire nequit? — Vide dicta n. 301, v. *Merito*.

Verum Dicastillus et Gobat, apud Croix ¹⁰, excusant *aurigas*, qui non possunt audire Sacrum, quin vecturam relinquant cum notabili jactura. Idem ait Mazzotta ¹¹ de *tabellaris et custodibus gabellarum*, qui timeant notabilem jacturam. Idemque dicit de *nautis, vectoribus mercium*, qui nequeant audire Missam sine magno incommodo. — Illud autem non admittimus, quod aliqui auctores addunt, apud Croix ¹², scilicet, quod, etsi quis possit sine tanto damno omittere vecturam, adhuc tamen is excusari posset ex consuetudine aliorum, quam habent vehendi. — Pariter ¹³ dicunt Suarez ^d et Gobat, excusari *molitores*, si, causa Missae, eis eveniret jactura mediocriter gravis.

Valde autem probabiliter excusatur, qui ob Missam audiendam omittere debet negotium cum damno gravi; ut Suarez, Dicastillus, Cajetanus ^e, etc. cum Salmant. ^f.

cap. 6, n. 69. — *Suar.*, disp. 88, sect. 6, n. 5, — *Pal.*, tr. 22, punct. ult., num. 4, v. *Quarto*. — *Dicast.*, tr. 5, disp. 5, lib. 10, § 4, n. 178. — *Gobat*, tr. 5, num. 9. — ¹⁰ Loc. cit., num. 684. — ¹¹ Loc. cit., v. *Quarto*. — ¹² Lib. 3, part. 1, n. 684. — ¹³ Apud Croix, loc. cit. — *Gobat*, tr. 5, n. 500. — *Suar.*, de *Sacrif. Miss.*, disp. 88, sect. 6, num. 5. — *Dicast.*, loc. cit., n. 178 et 180.

faciat; secus vero, si ob causam necessariam, ut « eundi ad ecclesiam »; absolute tamen negat eam teneri ad se privandum libertate e domo exundi.

332. — ^a) Anacleto citatur quidem pro hac sententia ab Elbel; ipse tamen, tr. 10, dist. 1, n. 46 et 52, hunc casum in specie non habet, sed in genere dicit excusari, « cum nequit audiiri Missa absque jactura boni notabilis aestimationis ».

^b) Diana, part. 2, tr. 15, resol. 34, pariter citatus ab Elbel, ibi non disputat de omittingendo Sacro, sed de opere servili, quod fieri licitum asserit, si lucrum cessans aestimari possit non mediocre nocumentum.

^c) Bonacina, loc. cit., n. 6, non facit mentionem expensarum itineris, quidquid dicant Salmantenses.

^d) Suarez perperam allegatur pro hac sententia a Croix et Gobat, qui tamen allegationem sumpserunt ex Bonacina; ipse enim loc.

cit., sect. 6, num. 5, non loquitur de molitoribus.

^e) Cajetanus non expresse sic docet; haec tamen sententia ex ejus dictis, in *Qam 2ae*, qu. 122, art. 4, § *In 3 casu*, colligi potest, ut dicit Fillucci, a quo Salmant. hanc allegationem mutuati sunt. Cajetanus enim ibi licita reputat servilia opera, quae fiunt propter necessitatem non differendam.

^f) Salmant., tr. 5, cap. 6, n. 70, hanc opinionem, quam amplectuntur, ita coarctant: « Quod intelligendum est, inquiunt, quando hujusmodi negotia praeveniri non possunt, ne Missa auditorem impedit, vel e contrario Missa praeveniri nequit, ut negotiis vacet; nam si quis velit prius nimio somno indulgere, unde postea non possit utrique oneri satisfacere, non excusabitur a culpa ratione praeteritae negligentiae, si fuit praevisum impedimentum et voluntarie non praeventum ». — Idemque tenet Suarez, loc. cit.

Prima opinio probatoria.

Bonum spirituale maius non excusat.

Limitatio pro confiteente,

Consecratio pro aurigis,

pro tabellaris et custodibus gabellarum,

pro nauitis et vecto-ribus mercium,

Praecep- tum Mis- sae speciale alicui loco,

probabi- ter obli- gat peregrinos brevi- commoran- tes.

probabi- lius eos non obligat.

Negotium grave excusat.

pro molitoribus.

Non excusatur autem, ex communiori cum Pasqualigo apud Croix ¹, qui omittet Sacrum ob aliud bonum spirituale, quamvis majus. — Probabiliter tamen ² admittit Illsung ^g excusari qui omittet Sacrum pro se confitendo, si alias deberet aliquandiu permanere in statu peccati mortalis. Et idem tenet Croix ^g, cum Lessio ^g. — Item excusatur a Missa, qui alias non posset impedire blasphemias, rixas, furta, etc. Elbel ^h.

Hic refert adnotare, quod Benedictus XIV, in brevi *Cum sicut etc.*, dato die 12 Decembr. 1748, quoad regna Neapolis et Siciliarum, indulxit ab abstinentia operum servilium in diebus festis, exceptis dominicis Paschatis et Pentecostes, ac omnibus aliis dominicis in anno: item die Circumcisionis, Epiphaniae, Ascensionis, Corporis Christi, Nativitatis Domini: item Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis B. Virginis Mariae Immaculatae: item die SS. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum et Patroni principalis cuiuscumque civitatis aut pagi illius dioecesis. — In aliis vero festis, praescripsit fideles teneri tantum ad Missam audiendam.

Affirmant Suarez ³, Pontius ⁴, Joseph de Januario et Salas, apud Palaum ⁵; qui merito probabile ⁱ id vocat cum Sanchez ⁶ et Salmant. ⁷. Ratio, quia peregrini vere fiunt subditi superioris loci ubi sunt, licet per breve tempus ibi commorentur.

Probabiliter tamen negant Sanchez ⁸ cum Toledo ^j, Azor, Sayro, etc.; Bonacina ⁹,

¹ Pasqual., de *Sacrif. Miss.*, qu. 1843. — ² Lib. 3, part. 1, n. 683. — ³ Croix, loc. cit. — ⁴ De Relig., tr. 2, lib. 2, cap. 14, num. 7 et seqq. — ⁵ De Matrim., lib. 5, cap. 7, num. 14. — ⁶ Jos. de Januar., Resol. mor., part. 1, resol. 64, num. 1. — ⁷ Salas, de Legib., disp. 14, sect. 4, n. 50. — ⁸ Tr. 3, disp. 1, punct. 24, § 3, n. 11 et 12. — ⁹ Decal., lib. 1, cap. 12, n. 37. — ¹⁰ Tr. 11, cap. 3, num. 56 et 58. — ¹¹ Decal., lib. 1, cap. 12, n. 38. — ¹² Azor, part. 1, lib. 5, cap. 11, qu. 3. — ¹³ Sayr., Clav., lib. 3, cap. 4, n. 15. — ¹⁴ Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 6, n. 36 et 43. — ¹⁵ De 3 Praec., n. 381 et 382. — ¹⁶ Granado, in 1st 2nd, controv. 7, tr. 8, disp. 6, n. 23 et 24. — ¹⁷ Tr. 11, cap. 3, n. 58.

^g) Scilicet, uti ait Illsung, tr. 5, n. 164, i. f., si quis confiteri non posset « eadem die ». — Croix autem, loc. cit., idem concedit, « si aliquandiu in statu peccati mortalis esset alioqui permanens, quamvis, n. 655, absolute dicat quod si confessio esset omittenda, si suaderi potest, ut fiat sub Missa ». — Lessius vero,

^h) in Auctar., v. *Missa*, cas. 2, scribit de iis qui tempore Missas confitentur: « Omnino... videtur excusandi, quibus ratione negotiorum, vel quia sunt in obsequio aliorum, non est integrum aliud Sacrum audire ». Et inferius: « Si... ob notabile commodum temporale, inquit, licitum est etiam a Sacro abesse, si alia ratione id obtineri nequit..., cur ob ingens lu-

Indul- tum pro re- gno utrius- que Sicili- ae.